

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Anglia, Scotia, Hibernia - Ettenheim-Münster 113

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput I.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

7 se receperunt, circa medium saeculi V. Armorica nuncupabatur, quae ex ipso
rem nomine deinceps Britannia minor dicta est. Ida dicta
Sup. l. 2. Col. 4. n. 206.

Ceterum Britannia Insula nomen suum retinuit usque
ad Anglorum seu Anglo-Saxonum Hobstia et Julia,
* Indiam Scriptorum, populorum in eam adventum, qui nomen suum ei
contendunt Hob- illius parti, quam occupaverunt, indidere, ipsaque An-
stria; Hob- stria; et Juliam dixerunt, dum altera et Septentrionalis illius
| Julia; et Juliam dixerunt, dum altera et Septentrionalis illius
Angliam dicitur, quae ab Hiberno populo, qui in ea resederat, Scotia
dicta est.

His ultimis saeculis Britannia nomen Jenuis apertum
fuit nempe sub Jacobo VI. Scotia, et I. Anglia Rege,
qui utrumque Regnum istud in unum cogere adlabora-
vit, nec tamen efficere potuit, obstantibus utriusque
Regni Præcibus seu Parlamentis; at tandem An-
na Regina, quae sub initium praesentis saeculi Sili-
cat an. 1702. ambo Regna inivit, atque usque ad an. 1714.
quo motua est, tenuit, id an. 1706. obtinent et exem-
ta est, neon ex is unum efficit atque Magnam
Britanniam vocari iussit, sicque reductum est vetus
hujus Insula nomen, de cuius etymologia et significa-
tione, quod jam memoravimus, certi quidpiam offeri
non potest. Haec de Insulis Britanniis generatim
dicta sunt, modo singula illarum Regna et provinciae
expedimus.

* Indiam Scriptorum, populorum in eam adventum, qui nomen suum ei
contendunt Hob- illius parti, quam occupaverunt, indidere, ipsaque An-
stria; Hob- stria; et Juliam dixerunt, dum altera et Septentrionalis illius
| Julia; et Juliam dixerunt, dum altera et Septentrionalis illius
Angliam dicitur, quae ab Hiberno populo, qui in ea resederat, Scotia
dicta est.

quae Angulum
seu potius angus-
triam significat,
quod haec provincia
admodum angus-
ta sint.

Caput Secundum.

De Regno Anglia

Anglia tota Europa spectabile regnum, necnon maxi-
ma, opulentissima, et fertilissima Magna Britanniae
pars, ab Incolis England, à Germanis Engelland, ab
Hispanis la Inglaterra, à Gallis L'Angleterre, et ab
Italibus L'Inghilterra nuncupata; Graeci vero Albio-
nen eam dixerunt; Sub Romanorum dominio Britan-
nia Superior seu Meridionalis vocabatur ad distinctio-
nem Scotia, quam Britanniam Inferiorem et Septen-
trionalem dicebant.

Anglia Incessive quinque populis parit: primum
Britti seu Brittones Gallia populi in eam transfretasse,
atque in ea sedem fixisse dicuntur; quo autem tempore
id factum sit ignoratur: ab ipso nomine, quod supra
jam memoravimus, Britannia dicta fuisse videtur, nem-
pe à vocibus Celticis Britt, quae pictum significat, quod
populi isti corpus in ae praecipua partem varis coloribus
tingere conseriscent, et Tan seu Stan, quae regionem
denotat; unde Britannia | Scribi debet Brittania |
id em est ae regio pictorum. Britti Incessive

Romani sub Julio Casare, Claudio, et Domitiano Imperato-
ribus, quibus Subjecta fuit usque ad Theodrici Junioris
tempora, nempe usque ad annum circiter 446. tum enim
Picti Scotiae populi, ad quos Pictorum nomen transla-
tum fuerat, Regnum istud occuparunt ac devastarunt;
adversus illos Angli seu Anglo-Saxones circa an. 448.
in auxilium vocati huc appulerunt, hi non modo Pictis expulsi,
sed et ipsi, qui eos acciverant, Incolis, illud sibi apone-
runt, atque in Septem minora Regna dividerunt,
quorum haec sunt nomina: Cantium [Kant:] Essexia [Essex:]
Suffaxia [Suffax:] Westsexia [Westsex:] Ost-Anglia
[Ost-Englen:] Merxia [Merxia:] et Northumbria [Northumbria:]
[Northumbria:] ea quibus Ebertus West-Saxonum seu
Westsexia Rex, postquam illa sibi sensim aperuerat,
unicum an. 827. efficit, quod Angliam nuncupari, ipse-
que Rex Angliae salutari voluit. His succedere vi-

si sunt Dani et Norvegi, qui repetitis incursionibus
Regnum hoc miserandum in modum devastarunt*. Denique
Guilielmus cognomento Conquestor Normanniae Dux
per ~~trajectum~~ an. 1066. mari trajecto huc appulit,
siveque Anglorum exercitu, Regnum hoc sibi aperuit,
ne non posteris suis magna ad hanc usque diem Regnum
sive reliquit. Postmodum Anglia nomen etiam
ad Walliae Principatum, qui an. 1253. Anglia Regi-
bus in persona Eduardi 1. cognomento Sancti subiecit,
protectum est.

Anglia sita est inter 50. et 56. gradum latitudinis,
et inter 14. et 23. longitudinis. Trianguli figuram
exhibet, cujus basis meridiam respicit, inspis vero Septen-
trionem. ad Septentrionem confinis est Scotia, a
qua Solwas seu Ictuna astuaris seu freta Solwey [Sol-
wey-Firth, seu Solwey, le golphe de Solwey:] Tueda
[Tueda:] flumine, et Monte Cheviota seu Zeviota se-
paratur; ad occidentem a Mari Hibernico adituro; ad
meridiam habet Manicam seu Mare Britannicum; et ad
orientem Oceanum germanicum.

Romani, qui Scotos et Pictos latrunciales populos a
continuis, quibus Angliam affligebant, incursionibus
arceant, in illius confinis Murum a litore Maris ger-
manici usque ad Hibernicum protulerunt extruxerunt,
ejus altitudo erat 12. pedum, latitudo vero 8. turribus in-
structus erat aequaliter inter sese distantibus, in quibus mi-
lites vigiliis agebant. Socius aliquibus locis a Scotis devo-
latus et a Britannis reparatus fuit, tandem utriusque na-
tionis limes factus est: extant adhuc multa illius rudera
in inscriptionibus Romanis.

* Dani Regnum
Angliae nominis
per ~~trajectum~~ 24.
annos tenuerunt
scilicet ab an. 1017.
usque ad an. 1042.
tum ad Anglo-Sa-
xones sive redit
usque ad Guiliel-
mum Normanniae
Ducem. Provo
incursionibus, illa
Danorum, quarum
huc mentio fit, jam
post medium sae-
culi IX. ab ipsis fac-
ta fuerunt.

Anglia maxima latitudo à Septentrione ad Meridi-
am, id est à Barro | Berwick: | in confinis Scotia, us-
que ad meridionalem Vectis | Wight: | Insula, quae Mani-
q. playanca seu Maris Britannici latus occupat, est circiter 330.
milliarium Anglicorum seu Italicorum: maxima au-
tem ejus latitudo ab Oriente ad Occidentem, scilicet à Tha-
neto | Thanet: | Insula versus Tamisis | Tems: | fluminis
ostia usque ad Promontorium Cornubia | Cornwall: |
240. circiter miliarium Anglicorum: nullis in locis
adhuc angustior est praesertim versus provincias septen-
trionales, ubi saepius non nisi 70. miliaribus Anglicis
lata est.

q. à Londino

Inter quamplures fluvios, à quibus perfluitur, prae-
cipui sunt: Tamisis seu Thamisis vel etiam Tamisa,
illum Jamispan seu Jamspan Ptolomeus vocat; An-
glis Thames seu Thames, quod Tems seu Themz pronun-
tiant, quemadmodum Germani; Gallis la Tamise;
et Italis Tameris seu Tarnige, praecipuus Angliae fla-
vius, qui gravissime nares Londinum usque devehun-
tur. ab Occidente ad Orientem fluit, atque 60. millia-
ribus Anglicis seu 15. Germanicis q. Cantium | Kent: | interat
Epsaxiam | Essex: | Mari Britannico immergitur. Ta-
mesim à Julio Casare dictum volunt propter eam,
quam a duobus rivis Tame, et Tri habet scaturiginem,
qui non procul à Dorcestria in Oxoniensi Comitatu conju-
guntur. Sabrina | Severn: | In Wallia (Cortice-
li Comitatu | Cardiganshire: | scaturit; fluvius hic variis
aliis, quos seum abripit, gravibus haud procul à Bristolis
| Bristol: | in mare Hybernicum incidit, ubi simul in-
ter Walliam et Cornubiam illius ostium Sinum effi-
cit, qui Sabrina laus seu sinus | Saverne-flud, galis
le Golphe de la Saverne: | dicitur, proficit. Nomen
sortitus creditur à quadam Principe Anglica in eo sub-
mersa, cui nomen Sabra fuit. Trenta | Trent,
seu Trente: | In Staffordiensi Comitatu | Staffords hirc: |
oritur, ac inde fluvius Angliam in binas dividit partes,
in Septentrionalem nempe et Meridionalem. quam-
plures sibi adjungit fluvios, unde quidam illius nomen
à voce gallica Trente derivarunt atque ab ipsis Trigin-
ta dictus est, utque hanc etymologiam verioram effi-
cerent, in idem 30. fluvios receptos esse et 30. pisi-
um species, cum continera finxerunt. Vaga seu
Meduacus vel Meduacagus | Medway: | Cantiam per-
fluit, et Rochesteram | Rochester: | pertransiens tan-
tam in duos ramos divisus, quorum unus 8. miliaribus
Anglicis ab altero distat, Tameri immergitur, atque
Insulam efficit veteribus Tolapim Anglis Schepay

5
à voce *Scheep*, quæ *orem* significat, quod multas alat, dic-
tam. *Humber* (| *Humber* |) in Comitatu *Ebor-*
acensi | *Yorkshire* |) proprie loquendo *Humber* Specia-
lis fluvius haud est, cum nullam habeat sicuturiginem si-
bi propriam, potius est Maris Sinus seu *Astuarium*,
in quo *Urus* | *Ouse* | *Trenta*, *Dunum* | *Dun* | et *Derwent*
| *Derwent* | velut in alveos conjunguntur. Latissimus
est atque 24. miliaribus ab Occidente ad Orientem longus.

Urus major | *Ouse* *Yours* |) ortum habet in Comi-
tatu *Oxonien* | *Oxfordshire* |) in confinis *Northan-*
tonia Comitatus | *Northamptonshire* |) versus meri-
diem, inde *Bedfordiensem*, *Huntingtoniensem*, et
Cantabrigiam provincias perfluit, ubi in varios ramos
distributus usque septem *Junculas* efformat, in qua-
rum maxima *Urus Elia* | *Ely* |) sita est, qui rami tan-
dem ita *Juncos* conjunguntur, ut in duos *Juncos*
alveos derivant, quorum unus prope *Linnam* | *Lynn* |) al-
ter vero decem circiter versus Occidentem ab illo millia-
ribus in mare praecipitantur.

Alii minores Angliæ fluvii sunt *Tina*, *Tweed* & *Alau* - & *Avona* seu
Avon | *Tweed* |) et *Urus minor* seu *Ura*, p

In Angliæ aër *spissus* salubris tamen, quippe quo *Juncos* & *Spirat*
la interdum ad incredibilem senectam vitam producant,
certis quippe documentis constat, quod quidam nomine
Thomas Barr à *Salopiensi* Comitatu | *Shropshire* |) ori-
undus sub variis Regibus 152. annos vixerit; cuius
natus an. 1483. sub Rege *Edwardo IV.* et an. 1635. sub *Car-*
olo I. mortuus est. Alius in Comitatu *Eboracensi* | *Yor-*
ckshire |) nomine *Henricus Jenkins* an. 1671. mortuus
vitam ad 168. annos perduxit, p. Adhuc etiam fre-
quentes nebulæ, et tempestas est inconstans; aëris
spissitudinem compensat fertiles pluvie, et videntia
virata. Pluvia aestatem, et aëris humiditas hye-
mam ita temperant, ut in aestate nec nimia terre ar-
ditas, nec in hyeme nimium frigus pertimescenda sint.
Angliæ quoque grandines, tonitrua, fulgura, terræ-
motus, procellas multo minus quam alie Europæ regio-
nes experitur; necnon ibi pluvie lenes sunt, varoque in
locis deiciunt cataractas. Quamvis in ea sat mult-
ta numerentur Sylvæ, tamen quandam lignorum pe-
nuriam mole patiuntur, quam carbonibus bituminosis faciunt, quæ et fossiles
quos ligni loco comburant. Plurimumque patens et pla-
na est regio, agris, Sylvis, et viretis suaviter intermixta,
interdum etiam crugni coles occurrunt, qui aequæ ac valles
pinguibus pasuis superbiunt, in quibus innumeri

pene orium, quarum lana praestantissima est, ac aliorum
pecorum greges pabulantur. Ibi etiam Sylva et campi
novam continuis mensibus vireunt, ^{et hanc} ~~hanc~~que multo-
rum fluviorum eluvies soli fertilitatem specialiter au-
get, quod tritium, siliginem, hordeum et avenam abun-
dante profert. vitibus caret, ac ex hordeo exquisita
conficitur cerevisia, qua vinum compensatur. Equi
et Molossi Anglii tota Europa celebrantur, hi huc
tota Anglia exterruisse dicuntur. Leporibus,
feris pennariis, ut et omnis generis frugibus, radicibus,
et herbis, quae erui sunt, abundat. Stannum exissi-
us fodinis eruitur, quo tota Europa praestantius haud
invenitur. flumina et Maris littora Involis pisces
copiose subministrant. Multa etiam adunt pan-
norum et aliorum textilium opificia; pannique An-
glia pra omnibus aliis aestimantur. adunt etiam
omnium artium peritissimi opifices.

Angli Commercia in omnibus mundi partibus et apud
celeberrimas nationes magno sui ipsorum compendio exer-
cent, ad ea haud parum conferunt complures Maris portus
quibus Anglia instructa est, et e quibus naves facile et
commode solis possunt.

Quod eorum mores spectat, Angli, inquit Lucas de Linda,
sunt moribus cultissimi et humani. Imprimis vero Nobili-
tatis Angliae summa potest humanitate, ut nulli in hac
laude nationi cedat; plebis quidem mores agrestes et aspe-
ri sunt, ac vero Nobilium ordo ex meliori luto praecordia
habet. Ceterum ingenia Anglorum prompta sunt et
subtilia, omnium artium cum excellentia capacia, cor-
pora habent mirum in modum agilia, et ideo omnibus
celerimis actionibus perquam apta. Homines specta-
ta conditionis, moribus gravitate et modestia mixtis
commendantur, id, quod nulla arte acquisitum, sed na-
tura datum habent. Peregrinos optime excipere sibi
ponunt in honore; hoc notatu dignum est, quod om-
nibus peregrinis ad aedes primarii in Londino viri acce-
dere, ibique gratis cibum capere liceat. Ad bella
promptissimi et mortis accerimi sunt contentores, nulli
timori vel fuga obnoxii, nihil animo aliud quam victo-
rias volentes. Insuper belli adversa non adeo patien-
ter ferunt, magisque conflictum, quam moras praesens
exoptant. Qui litteris animum dant, incredibili-
liter in omnibus scientiis excellunt. Quod habitum
corporis spectat, gallica vestiri ex longo volunt tem-
pore. Natio haec uti virtutibus magnis, ita

etiam non levibus vitiis notabilis est. Ac quidem Angli
furta exercent, et latrocinis aliis infestant, ad qua-
rum terra parvo circumscripta spatia non sufficiat, ideo
in mari has malas artes etiam frequentant, et advenas
ex hoc speulantur. Vino se implere habent in con-
suetudine, illo autem liberalius hausto, ad pellen-
dam crapulam herbam Indicam vulgi Tabacum
accendunt, hoc remedio non viri solum, sed etiam
foeminae (liberius, quam deceat modestas, pota:)
utuntur, quas eximia forma pulchritudine natura
donavit. Ad ultimum Angli novandis rebus,
et ad seditiones expropti sunt, ut difficilimum sit
hunc factionibus apertum populum intra cancellos
vincere. Linguam loquuntur ex veteri Saxonica
et Normannica conflata, quarum prima dialec-
tus est lingua Saxonica, altera Gallica, eadem voces
quosdam apud veteres Britanos, Romanos, et Danos
usitatas intermiscent. Modo ad eam perfectionem
adducta est, ut sive verborum copia, sive constantia
et macula expressis spectetur, ubi Europa lingua
palmam cedere videatur.

Quantum ad Religionem Angli Catholicam, quam
sub finem saeculi VI. et initio VII. ab Augustino Monacho
et eius sociis a Papa Gregorio Magno ad eos missis acceperant,
univerim coluerunt et sectati sunt usque ad Henri-
cum VIII. Rex iste ejusdem Annae Bolens amoribus
irretitus, factis cum Catharina Aragonia uxore
sua post viginti annorum Matrimonium Divortio, sibi per-
nuptias copulavit, cumque ea de causa Summi Pontifi-
cis Clementis VII. sententiam a piis communione se-
junctus fuisset, id ibi ferens aggerimus hostem se Roma-
nae profusus est Eclesia, atque Regnum suum ab ea di-
vulxit, sequae Anglicana Eclesia Caput constituit, et
quosunque subditorum sibi venientes ultimo supplicio
tandem perduelles affecit: in his Thomam Morum Re-
gni Cancellarium illustrem probitate ac eruditione vi-
ram, et Joannem Fischeum Monachum Benedicti-
num et Hoffensem Episcopum Burgundiam, dum Anglico
carere detinatur, a Summo Pontifice ornatum anno
1535. gladio subiecit. Ceterum the archiam, Litu-
giam, dogmata, ritusque Catholicos retineri voluit,
adeo ut eos, qui iisdem contrarias tuerentur opiniones,
ultimo etiam supplicio affecerit, hac occasione septuagin-

* Memoria pro-
ditum est, post sa-
culo Eclesia II.
in Anglia Christia-
nam Religionem
viguisse, quam
subinde Anglo-Sa-
xones Idololatiae
ibidem extirpa-
verunt acclimina-
verunt, at dein-
de S. Augustinus
et socii ejus velut
postliminis re-
duxerunt Anglo-
Saxonibus ad eam
conversis.

ta hominum milia periisse dicuntur. Monachos tamen
à suis Monasteriis exturbavit, eorumque praedia et bona
sibi addidit. Haec in Anglia sub Henrico VIII. verum facta
fuit. Diem supremum obiit 28. Jan. an. 1547. cum 57. annis
vixisset. Cui in Regno successit Edwardus VI. annos natus 10.
illius ex Joanna Seymour filius, ex 6. Julii an. 1553. mortuus
ad Regnum vocata fuit Maria illiusque ex Catharina Ara-
gonia filia. Haec Catholicam Religionem in Anglia res-
tituit, post illius mortem, quae 17. Nov. an. 1558. secuta
est, Elisabetha Anna Bolens filia Regno potita est, in
quod Calvinii dogmata iniecit, quae et Angli amplecti
sunt, quamvis non omnes una eademque ratione illa sen-
tentur, sed inter se se divisi sint: enimvero ad sunt Epis-
copales si scilicet, qui liturgiam et Hierarchiam Eclesias-
ticam Regni legibus stabilitam retinent, proinde Episco-
palem dignitatem agnoscunt, hi sunt praecipui, nam non Con-
formista nuncupantur, quod nempe Regni legibus circa
istud dogma se conformant. sequuntur Puritani, sic
dicti, quod pure Calvinismus, prout Geneva stabilitus
est, colant, proinde Anglicana Eclesia liturgiam pra-
cipue autem Episcoporum regimen aversentur ac rejici-
ant, hi Presbyteriani, quod altiore Presbyteratu
gradum in Eclesia non agnoscant, nuncupari etiam
solent. Independentes seu Congregationalista,
sic dicti, quod velint quamlibet congregationem à se
ipsa regi, nec ulli altari subijci debere. Anabap-
tista, ita nuncupati, quod omnes, qui secta sua nomen
dare volunt, rebaptizant; hi parvulorum baptismum reji-
ciunt, atque adultos per immersionem baptizant; qui-
dam illorum Judaeorum Sabbathum etiam servant. Tre-
mentes (Quaker) Enthusiasta sunt, qui specialem
et cum nulla toto terrarum orbe convenientem habent reli-
gionem; in exterioribus sua agendi ratione singulares et
omnibus contrarios se studiis praebent; Tremantes vocan-
tur, quia in suis enthusiasmis, quos loqui pati viden-
tur, missa totis artibus tremunt. Haec omnes ad dis-
tinctionem Episcopalem seu Conformistam Non Con-
formista seu Dissidentes nuncupantur. His sectis
variae adhuc aliae adnumerari possunt, quae in Anglia
liberam habent Religionis suae exercitium, solum Catho-
licis illud interdictum est, haeque ibidem agrè tole-
rantur, plerique eorum modo sedem habent in Lancas-
triansi, Staffordiansi et Suffragiansi Comitatus.

Anglia est Regnum haec hereditarium et Monar-
chicum Aristocratia et Democratia temperatum. Ge-
neratim in duas partes maximè inaequales dividitur
scilicet in Angliam propriè dictam seu Regnum An-

glie olim Loegriam dictam, et Walliam dicitur.

Regni Angliae, prout jam supra annotavimus, Septem sunt principales provinciae, quibus varii Comitatus Pontici-^q seu minores provin-
ciarum, et quae sub Anglo-Saxonibus tot Regna fuerunt. vicia
Eas primum, dein Walliam, ac denique insulas adja-
centes Insulas expendimus.

§ I.

De Westsaxia seu
Wessexia.

West. Saxia, Wessexia, Saxonia Occidentalis, seu
Regnum Saxonum Occidentalium: West. Sax, seu Wessex:
limites habet ad orientem Sussexiam, ad meridiem
et occidentem Mare Britannicum, ad Septentrionem
mare Hybernicum et Merciam.

Hanc provinciam an. 519. vel, ut alii volunt, 505. seu
514. Cordius: Cordich: quidam Saxonum Dux obtinuit,
cum enim de Britannijs sub eorum Rege Arthuro victo-
riam reportasset, tum pace inter eos ab eis cessante,
quam ipse sibi imposito diademate Regnum dixit, hinc
provincia haec facta est unum ex Septem Loegria Regnis.
Hinc Heptarchia, quae 243. annorum spatio stetit finem
an. 827. Egbertus hujus Westsaxia Regni Monarcha impo-
suit ceteris seu Regnis in suam redactis potestatem, quae
proinde in unum coacta Angliam seu Angliae Regnum
dici voluit.

Circa an. 634. hujus provinciae Insulas Birinus Episcopus
à Papa hinc missus Christiana fide imbuivit, et postquam
in ea per 14. annos demoratus fuit, Dorcestria, ubi Eule-
siam edificaverat Sedemque suam Episcopalem fixerat,
vitam posuit. An. 1017. Dani hanc provinciam

occupavere. Bina in ea numerantur Sedes Episco-
pales, Dorcestriensis nempe et Vintoniensis: Win-
chester: Septem Comitatus, Anglis Shires, conti-
net, quos Ordine recensemus.

I.

Cornubia: Cornwall, gallicè Cornouaille: Comitatus seu Provincia totius Angliae provinciarum
maximè occidua ad Mare posita, quo ad Septentrio-
nem, Meridiem et occidentem stipatur, ad orientem
verò in Continente Tamesa: Tamer: fluvio à Devo-
nia separatur, proinde vera est peninsula.

Cornubia dicitur ob ejus figuram, quae cornu re-
fert; ejus ambitus est 150. miliarium Anglicorum.
Fertilissimis Angliae provinciis accensetur, valesque
illius frumento et pasuis abundant, montes vero stanni

at aris, foribus, sunt colubras; adsunt etiam in magna copia
fera pennaria praesertim pedices rusticae; Mare quoque
pinas Insulis abunde subministrat; in eo Julium inter et No-
vembrem menses, capiuntur Sarda, quae in Franciam, Hispa-
niam, Italiam, et Germaniam transportantur. Occurrunt
etiam Cardui centum gemmis instructi, copiosum fasciculum
Sylvestris, pulcherrimum sifile saxum, necnon marmor, item
Adamantes, qui, ubi dextra saluti fuerint, primo intuitu
orientalibus similes esse videntur.

Hujus provincia Incola totius Angliae sunt robustissimi,
ac in luctando peritissimi, huiusque corporis caecitatione
additissimi. Verbo, provincia haec seu Comitatus multa
mirabilia continet: aethrae habet liquidam sed simul rigi-
dam et penetrantem, Solium ejus occupant colles angus-
tis et exiguis vallibus distincti. Eadem longo tempore
proprii sub Comitum titulo Principes praeferebant, et Jonses
Egbertus primus totius Angliae Monarcha an. 809. istum
titulum sibi assumpsit. Eduardus III. primo genitum
filium suum Eduardum cognomento Nigrum Cornubiae Prin-
cipem creavit, et ab illo tempore Regum Angliae primo-
geniti Duces Cornubiae nascuntur. notatur in ea

1.º Voluentium, Volubrae Portus, seu Galmantum; Fal-
mouth; Ubs Diocesis Exoniensis; Excester; Sita in aus-
trali Cornubiae litore. Geographis est Volubra OUDIBA
Ptolomaei. Hollandicam Valmuyden vocant. Por-
tum habet optimum atque praecipuis Angliae portibus facile
adnumerandum, qui ita amplus est et tutus, ut 100. navas
in eo consistere queant, quin ex una altera videri possit.
ab eo solvit navis tabularia Ulipiponensis: utramque
ejus ripam tuebantur duo castella sibi e regione opposi-
ta Anglis Bendena, et Mausca. Exiguus fluvius, qui
Gale dicitur, ostium, ad quod Ubs haec cum suo portu collo-
cata est, eidem nomen tribuisse videtur.

2.º occurrunt duo Promontoria, quorum unum Ca-
put Lezardum [Cap du Lezard, Lizart point] munici-
patus, situm est ad litus australe Cornubiae, ac in Ma-
re Britannicum porrigitur, Veteribus Orium seu Dan-
monium Promontorium. Alterum Promontorium
Antivestorum dicitur, Anglis The Cape of Cornwall
item The Lands End, id est, finis regionis, positum ad occi-
dentale litus Cornubiae fretum Gallicum a fretis Hyber-
nicis seu S. Georgii separat. Veteribus Bolerium Promon-
torium dictum fuit. Inter vena haec Promontoria
collocatus est praesaltus Mons S. Michaelis, qui vicinis
sibi Sinui nomen tribuit, ut qui Sinus Montis [Mounts-
Bay] dicitur. Arenosa planities Montem hunc a corn-

8
tinente separata; in ejus vertice vetus extat Cas-
tabum.

30 Silurum Insula |; Anglis Sildys, Silday sive Sild-
ley, item The-Silly-Islands, Germanis die Doolin-
giff Insula, Belgis Sorlingb, Galis Les Sorlin-
gues, alias Scillies: | Veteres eas etiam Siluros di-
xerunt à Siluribus Cantabria in Hispania populis,
qui inde primum in Hyberniam appulsi, post in
Britanniam transfretantes praecipue in Wallia rese-
derunt, unde has quoque Insulas occupaverunt.
Silines quoque dicta fuerunt ab Insula Sildy, qua
olim inter ceteras praecipua fuit. Denique Grae-
ci eas Cassiterides vocaverunt, à vocabulo Graeco
κασσιτερος, quod Stannum significat, quia nem-
pe hujus metalli specie abundabant.

Veteres earum solummodo decem numerarunt,
at postmodum eas centum quadraginta quinque
esse compestum fuit.

Ad Cornubiam pertinent, à qua ss. circiter milliari-
bus Anglis, scilicet ab illius promontorio Antivestas,
Anglis The Cape of Cornwall seu The-lands-end dis-
tant per modum circuli inter se se disposita.

Ex his decem majores meliorisque nota sunt, nem-
pe S. Maria, Andoth, Ayues, Samson, Sildy,
Brefar, Ruso sive Triscrao, S. Helena, S. Martini,
et Arthur. Plerumque multo gramine et egr-
gis pascuis vestita sunt, nonnulla etiam frumenti
satis feraces, omnes cuniculis, quibus, cygnis, ar-
deis, et marinis avibus referta. Plumbi quoque et
Stanni quamplures habent fodinas, quae primum ve-
teribus Phoenicibus et Cathaginensibus, ac post ipsos
Romanis nota facta sunt.

Harum Insularum maxima est ea, quae S. Maria
dicitur, atque ambitu suo octo miliaria Anglica
complectitur. Latum et commodum habet portum,
omnibusque ad vitam necessariis abundat. Eliza-
betha Anglia Regina Henrici VIII. ex Bolena filia
in ea Castrum aedificari curavit, in quo semper est mi-
litare praesidium.

Post eam Sildy magnitudine sua ceteras ante-

collit, nec non antiquitas adeo spectabilis fuit, ut caeteris nomen suum impertiverit, atque ab illa Sillines dicta fuerint, prout jam annotavimus.

Ad has Insulas relegare solebant Imperatores Romani ad Metalla damnatos; haec supplicii species erat, cuius loco facinorosi, qui vivere permittuntur, nunc ad trivemes condemnari solent.

Veteres earum Incola nigris vestibus ad talos usque demissis inducebantur, pectore linciviti, et cum virgis ambulantes tragici antiquorum Turis pessimiles, Deos percolabant, scientiam futurorum pariter viri ac foemina ostentabant. Vitium praebant peiora. Nomadum mo-

* Nomades
Nomades. id est
est beuarii, seu
rei penaria ad-
diti varii popu-
li praesertim
Scythia, a pa-
bulis mutandis
sic diti, et qui
plaustris insecta
pubula sequen-
bantur.

re vivebant, nec stabilem habebant habitationem seu Domicilium. More majorum Sueorum Pantabrorum, prout Sup. c. 1. Sect. 12. n. 120. jam memoravimus, vitam plerumque satiati e rupe se projiciebant in mare felicioris vite spe.

Saulo IX. et tempore Athelstani seu Ethelstani octavi in Anglia monarcha, qui ab an. 925. usque ad an. 939. Scepterum tenuit, sub jugum Anglium adducti fuerunt.

Frequens est apud ipsos plumbi et Stanni commercium, quae, quod minus perueniamus contemnant, pro Samis et arcis vasibus, nec non Sale, p. permittant.

Postquam Maximus Tyrannus et Imperii usurpator an. 386. Priscillianum ob haeticam pravitatem Severis capitis damnasset, Leucius ejus Instantium Hispanum Episcopum, et Tiberianum publicatis bonis in has Insulas deportari iussit.

Media ab Antivestas Cornubia Promontorio ~~occidens~~ versus has Insulas via occurrit Insula seu potius rupes, qua solummodo recedente Maris aestu undata apparet. Eam veteres Liffiam nuncupaverunt, nunc vero Anglis Lethow-Sox, et The Gulfe, id est, Vorago dicitur.

Ceterum has Insulas Siliurum Germani etiam Dialoli Insulas s. Frisfeld-Insuln vocant quod ibi difficiles et admodum periculosi Scopuli offendantur. p.

timant ad hoc parati, in eo quoque vestigia sunt, non sicut in aliis locis.

II.

Devonia seu Devonensis Comitatus | Devon
seu Devonshire | ampla provincia in Diocesi
Exoniensi | Exeter | ad australe Maris Britan-
nici litus sita, limites ejus sunt ad orientem
Somersetia et Dorsetia; ad Septentrionem et
meridiem Mare; et ad Occidentem Cornubia.
ambitu suo continet 200. Milliaria Anglica. Sa-
lubri gaudet aere, ejusque solum ferre ubique
focundum est. Montes in ea sunt, et Sylva quam-
plures. Jumentis, pasuorum, lana, pennarum
aliarumque ferarum et Maris piscium dives est.
aliquibus tamen locis telurem habet adeo detersam
et infertilem, ut non nisi summo labore et arte
bona fieri possit. In ea etiam occurrunt Stanni
et plumbi fodinae. Praecipua illius Opificia sunt
pannorum et textorum dentulorum. Comita-
tus, seu, ut alii volunt, Ducatus titulo gaudet. In-
cola ejus, quemadmodum Cornubienses, velut Angliae
robustissimi fortissimi que habentur. Notatur hic
10 Exonia seu Exa | Exeter, Excestar, seu Exces-
tre | Urbs munita cum veteri Castello olim Anglo-
Saxonum Regum palatio. Caput Provinciae seu Co-
mitatus, atque ob suam amplitudinem, opulenti-
am, et commercium praesertim pannorum una
praecipua totius Angliae urbium, Sedesque
Episcopalis Metropoli Cantuariensi subiecta. Sita
est ad Exam seu Exam | Ex | fluvium 42. millia-
ribus ad orientem à Dorsetia, et 36. ad Ewo-Aquilo-
ne-Mesem à Blimto. In ea 18. parochiae mune-
rantur. Ecclesia Cathedralis admodum speciosa, et
Castello vicina est, an. 914. à Rege Ethelstano ad-
ficata perhibetur, ac prius an. 1049. sub Eduardo
Confessore Cathedralis facta est, una nempe Sedes epis-
copalis hinc stabilita fuit.

Hinc Britanni adversis Saxones post primum illo-
rum in Angliam adventum per 465. annos se defen-
dant, ac primum saeculo X. Ethelstano octavo Saxo-
num Monarcha parvenit. Saeculo XI. Urbs
haec Danorum furorem experta est, qui devastatum solo
acquarunt; nihilominus brevi post adeo restaurata
fuit, ut aliquanto tempore Normannorum victorias
removerit, tuncque primum ipsorum facta fue-

rit, cum murorum ipsius pars de¹⁶ collapsa fuisset. Se-
 quentibus temporibus tres sustinuit obidiones, primam
 ab Hugone Cortese Devonie Comite durante bello inter-
 tino inter familias Eboracensem et Lancastriensem;
 secundam ab impostore Petro Warback* sub Henrico
 VII. tertiam denique à Cornubie rebelibus, ubi Cives
 inimica fidelitatis sue erga Regem Eduardum VI, ex-
 injusdam Hebraei hiberunt argumenta, eos Joannes Baro Russelius
 filius sub firmam obidione euenit an. 1549.
 * Petrus, Anglis Pe-
 trkin et Perkin,
 Warback baptisati
 ejusdem Hebraei
 filius sub firmam
 lausuli XV. Richar-
 dum Eboracensem
 Eduardi IV. Anglia
 Regis filium natu-
 minorum à Richar-
 do III. laque occultè
 interfectum se fin-
 ita factum se fin-
 Anglia sub Rege
 Henrico VII. exuta-
 vit; tandem an. 1499.
 suspensus laqueo
 imposturae sua fi-
 nem dedit.

2^o. Plimutium | Plimouth, Pleymouth, et Pleyunt,
 Hollandis Pleyungyden: | Urbs inter precipuas An-
 gliae urbes maritimas spectabilis, posita in australi
 Angliae litore ad ostium Plimi: Plim: fluvii, qui ei-
 dem nomen suum impertit. Olim piratarum dum-
 taxat latibulum erat, superinde autem adeo celebra-
 xit, turbarum in facta est, et optimis ac postantiprimis Angliae Civi-
 tatibus equiparetur. Speciosum et commodum
 habet portum à variis munimentis protectum; adest
 etiam catena, quae belli tempore eidem prae-
 ditur. Mercatores Hispani hic praecipue negotiari
 solent. In eo regiae naves et alia mercatoriae
 in Anchoris consistere possunt. An. 1557. Eques
 Drake totum orbem circumnavigatoris ab hoc por-
 tu solvit.

3^o. Torbacius | Torbay: | Portus seu Sinus Maris Bri-
 tannici è regione Plimuti aliquot à Termuta-
 | Dartmouth: | miliaribus Regiae Classis perfugium,
 quando in hoc tractu littorali ventum patitur
 contrarium. Hic an. 1688. 5. novemb. Wilhel-
 mus Princeps Nassovius Belgii Foederati Guberna-
 tor excensionem fuit à Parlamento acutus, ut ei-
 dem adversus Socerum suum Jacobum II. Angliae Regem
 opem ferret. An. 1704. 29. Jan. Carolus III. Aus-
 triacus Hispania adversus Philippum V. Borbonium Rex
 postea Imperator Romanorum in Hispaniam pro-
 facturus è Portu magno | Portsmouth: | Solvens post
 vehementem exantillatam tempestatem, tutum hic
 apylum querere compulsus est. Haud procul à
 Torbiaco et ad Ina | Ina: | fluvii ostium est Bro-
 montorium Anglis Start seu Start-point dictum.

III.

6.

De Sommersetia.

Sommersetia | Somerset, Sommersetshire: | Co-
 mitatus, limites habet ad Septentrionem Glouces-
 triam, ad Orientem Wiltoniam, ad Meridiem Dor-
 setiam et Devoniam, et ad Occidentem at Caesum

10

Sabrinianum fortum, ampla, opulenta, Incolis-
que frequentissima, necnon Portuum commo-
ditate felix admodum provincia cum titulo Du-
catibus et Episcopatus Bathonia et Wallarum.

Longitudo ejus ab Oriente in Occidentem ad 55.
milliaria Anglica, et latitudo à Septentrione in
Meridiem ad 42. porrigitur, ejus ambitus vero ad 204.
Variis fluminibus irrigatur Solimque habet frugibus
et pabulis dives, estate satis sicca, aliis vero anni tem-
peratibus admodum madens uliginosum et robustum
non sine maxima itinerantium molestia. Aëre
spirat lenis et temperata. Adhuc copiosi fontes me-
dicinales, inter quos celeberrimos sunt Bathonici
et S. Vincentii prope Bristolium; item fodina plum-
bi, aris, lapidis calaminaris, crystalli, quod dentis
adamantem imitatur, et carbonem fossilium. The-
tiam herba crescit, Anglis Woad, miscendis coloribus
insevens, qua etiam veteres Britanni se pinxisse
dicuntur. Provincia hæc etiam Canium seu Modio-
rum foetura, et magnis caseis, qui Anglii vocantur,
celebris est. præcipua illius Opificia sunt pannorum.
Antiqui illius Incolæ Belgæ nuncupabantur, atque etiam
Viltonia et Hantonia Dominabantur. Opinis
est illos paulo ante Julii Caesaris in Angliam expedi-
tionem huc appulisse.

Somersetia nomen habere videtur à Sommerton
olim totius Comitatus maxime celebrato oppido, eo-
quod Aperius Saeculi IX. Scriptor Anglicus illum Som-
metunensem Agrum passim nuncupavit. In
ca sequentes notantur urbes:

1. Bristolium, seu Trajectus: Bristol, seu Bristol
Urbs sita ad Avonam: Avon: fluvium, qui postquam
secavit mediam hanc ab ea procul Sabriniano astua-
rio immergitur: ubi etiam Gronus: Gronus seu Gro-
me: fluvietus in illud influunt: Glocestria adeo vicina
est, ut partim illius partim Somersetia esse vi-
deatur. 30. milliariis ab Urbe Glocestria ad Avonem
42. ad caurum à Salisbury, et 96. ad occidentem à
Londino inter montes collocata distat. Titulo
Comitatus gaudet, estque Sedes Episcopalis Metro-
poli Cantuariensi Subjecta, et primum sub Henrico
VIII. post factum cum Romana Ecclesia divorti-
um creata. Duplici muro et munitioibus, nec-
non duobus fluvibus, quorum unus, Avona scilicet, illam
perfluit, alter vero illius muros alluit, satis tuta, et
tum publicis tum privatis aedificiis pulchra, necnon

* Aperius Menevianus in Wallia Mo-
nachus, et Clari-
fontis: Shirburni
Episcopus, natus per-
hibetur in fano
S. Davidis, seu Me-
nevianus in Wallia
ubi Monachum
Benedictinum in-
dixit. Ajunt illum
fuisse discipulum
Joannis Scoti Erige-
nae atque sub ipsius
disciplina multum
profecisse. Auctor
fuisse dicitur Alfe-
do regi, ut Univer-
sitatem Oxonien-
sem fundaret, ipsi
tribuitur liber de
gestis Alfredi regis,

quamvis alii velint populosissima ac post Londinum totius Angliae maxima,
opus istud esse alterius et opulentissima, nobileque Emporium. Felici loco
Afferii etiam Mene- et ad India orientalis commercium aptissimo posita est.
viennis Episcopi et ibi Avonam pons lapideus tegit, cuius utrinque latera stipant
- patris. Obiit di- ades utrinque efficiunt. Commodus etiam est ad illam
itur an. 895. vel ut appulsus, enim vero Maris aestus fuit, ut naves exonerari
quibusdam placet, an. et iterum onerari facile possint: ibi quoque ambo flu-
909. vii velut binos portus efformant, minorem Avona, et
majorem formis qui priori urbe, quam intersecat, egresso
conjungitur, qua conjunctione ipsa quaedam penin-
sula speciem refert. Olim etiam Castello erat in-
struta, in quo Mathildis Henrici I. Anglia Regis filia
Stephanum, qui post dicti Henrici mortem regnum ca-
pesserat, an. 1140. prolixo victum et captum aliquam-
diu detinuit. Idem demoli jussit Oliverius Com-
vel post Carolum I. Anglia Regem ipso prope aucto-
re a suis capite truncatum Regni huius Protector. En-
tra muros extat Ecclesia, cui nomen S. Mariae de Rad-
gliff seu Radelief, quo tum magnitudine tum pulchri-
tudine omnes reliquas Angliae Ecclesias superare dicitur.
Non procul ab Urbe ad Septentrionem, quia decurrit
Avona, proaltis sunt utrinque rupes; harum una
flumini ad ortum imminens S. Vincentii nomen habet,
ex ea crystallae eruntur, quae adamantibus non mul-
tum sunt ab similia nemon Indis duntaxat
cedere videntur. Altera vero ad occidentalem fluminis
itius ripam etiam huiusmodi adamantum ferax est,
quos cavi et rufescentes silios cum foetu gravidi in se
continent.

Intus Civitas haec Saxonice Brighton, id est, Locus
illustris dicta est, ex quo nomine Bristol Latine Bristo-
lium factum fuit. Antiqua non est, ut de qua
ante annum 1113. nusquam fiat mentio, unde habu-
erantur ibi, qui eam veterem Ventam Belgarum
seu Deonorum esse arbitrantur.

2^o Bathonia, Bathonia | Bath, Bathe: | Urbs haud
ita magna sed venusta, thermis suis, ac lanificio nec-
non convenarum frequentia celebris. Sita est ad Avonam
10. miliaribus ad orientem à Bristolio, et 94. ad
occidentem à Londino, in planitie collibus pari quasi
altitudinis fastigiis ea omni parte vallata, à quibus
mineralium aquarum haurigines in eam descendunt,
atque ibidem quatuor mira virtutis thermas seu
calidos fontes componunt, qui efficaci remedio saluta-
res sunt corporibus, quae pravis humoribus torrescunt, p.

Nomen habere videtur à veteri Saxonico vocabulo
Badon, quod Balneum significat, unde latinorum

Bathonia seu Butthonia effectum fuit. à Ptolomæo
lib. 2. c. 3. à Thernis suis *Ydara Deppa*, id est, *Agua Calida*
nuncupatur, et ab Antonino in Itinerario *Agua Solis*; un-
de quorundam conjectura est, Thermas has Soli, Bal-
ladi, et Herculi dicatas fuisse; nam Solis Templum
in ea fuit, à quo nomen, quod ei tribuit Antoninus,
sortita est. Solinus quoque c. 25. testatur Balladem
seu Minervam hinc etiam Templum habuisse, in quo
perpetuus ignis conservabatur. In antiqua etiam
Herculis manu anguem constringentis imagine, quæ
inter alia vetusta monumenta temporis injuria jam
plane deformata hinc in moenibus cernitur, laudobren-
re colligitur eadem cultum fuisse exhibitum.

Bathonia titulo Comitatus gaudet, estque Sedes Epis-
copalis sub metropoli Cantuariensi, hinc an. 1088. à Wel-
lis seu fontanensi Eclesia à Joanne De Vidula Wel-
lensi Episcopo translata, qua de re cum inter Mona-
chos Bathonienses, quorum Eclesia per hanc Sedis Epis-
copalis translationem Cathedralis facta fuerat, et Ca-
nonicos Wellenses circa novi Episcopi electionem hæc
contentio orta fuisset, tandem inter eos conventum fuit,
ut ubi Sedem hanc vacare contingeret, ex utraque
Eclesia certo numero Delegati Episcopum eligerent,
ipseque in utraque Eclesia installaretur, quod usque
ad Henricum VIII. semper observatum fuit, at tunc
ejectis ab ipso Monachis totum hoc jus ad Wellenses Cano-
nicos devolutum fuit.

Saxones circa quadragesimum quartum à se in
Britanniam adventu rupto, quod cum Britannis 7 annuum,
perigerant, federe hanc urbem obsedere, à qua
eos repulit Arthurus Britannorum Rex, at cum
an. 577. Vici-Saxonum Rex Cerevalin Britannos
ad Deorham Glocestria pagum profligasset, armis
et operibus ab ipso oppugnata fuit: post medium
Sæculi XII. dein à Normannis inventibus dirupta
fuit et hucusa, quam tamen brevi post Joannes
De Vidula Episcopus Wellensis restauravit sedemque
eam, quod primum annotavimus, in eam transtu-
lit.

30. Wells, Wellia, Welles, Sontes Belge, et Fon-
tanensis Eclesia |: Wells:| Urbs venusta atque tum
incolarum frequentia, tum ædificiorum magnificentia
apprime celebris posita in pede Montis Minarii |: Men-
dip:| 15. miliaribus ad Africum à Bathonia, et 17. ad
meridiam à Bristolio, inter puteos et aquarum Scatu-

* Solinus |: C. Julius:|
grammaticus li-
brum scripsit sub
titulo *Polihistoria*,
quæ ceteris est me-
morabilium rerum
in variis regionibus
occurrentium. Hu-
jus Operis sunt 70.
capita idemque
superant varia
editiones. Post
Olinium vixit,
quem asseruisse
vidatur, unde
communiter *Olinii*
Sinia vocatur.

nigines, à quibus nomen trahit, Wells enim lingua
Anglica idem est ac puteus seu fons vel scaturigo,
unde et latine Gontes Belga, et Gontanensis Ecle-
sia dicta est.

Templum habet ornatissimum ab Ina Visi-Saxo-
num Rege an. chr. 704. in S. Andrea honorem condi-
tum, quod an. 908. Cathedrale factum est, cum si-
licet Blagmundus Cantuariensis Archiepiscopus hic
Sedem Episcopalem ac ad eundem Westmonasterii Abba-
tem primum constituit Episcopum. Templum hoc
splendidum Episcopale palatium et nitida Canoni-
corum aedes inuicunt. Sedes haec Episcopalis, quod
supra memorauimus, Bathonia postmodum trans-
lata fuit. Urbs ista est Vetorum Belga, et
Theonodunum seu Theorodunum.

IV.

17.

De Dorcestria.

Dorcestria, Dorsetia, Dorica, et Dorcestriensis Co-
mitatus |: Dorsetshire, Dorchester:| confinis est ad
Septentrionem Somersetia et Wiltonia, ad Orien-
tem Hantonia, ad meridiem Mari Britannico seu Fre-
to gallio, et ad Occidentem Devonia. Eius longi-
tudo ab Oriente ad occasum est 48. et eius latitudo
à Septentrione ad meridiem 25. miliarium Anglico-
rum.

Perquam amena, iucunda, ac fecunda provincia
est frumenti et cannabi feracissima, necnon pasuo-
rum ac pecorum ditissima, feris pennis et quadru-
pedibus necnon piscibus abundans. Partem ipsius Bo-
reali fertillissimam efficiunt peculti, à quibus irri-
gatur, vivi, quique in proliis planitiebus fluent. neque
etiam montes ipsius sua carent utilitate, nam propter
parua illorum Sylva magnam Malorum copiam navi-
bus suppeditant: praecipuum tamen compendium ex
lana commercio faciunt Inola. Adhuc etiam
latomia marmoris. ubique hinc salubris spirat aura.

Romanorum aetate provinciam hanc Durotriges
q incoluerunt ut eos Ptolomaeus vocat, hic dicti à veteribus Britan-
nicis vocibus Dour seu Durr, quae aquam, et trig, quae
Inolam significant, adeo ut Durotriges idem sint ac
Inola litorum maris; unde et Saxones eandem Dor-set-
ta vocabulum Britannicum Dour cum Saxonico Satten
seu Sassen conjungentes dixerunt, ex quo subinde An-
glicum Dorsetshire, et latinum Dorsetia ortum ducere.

Tempore Heptarchiae Visi- seu Occidentum Saxonum
provincia erat, modo unicum Bristolis Diocesis

Bristoliensem componit. Praecipua, quae huc occurrunt loca sunt

1^o Dorcestria (Dorchester, seu Dorcestre) Caput provinciae et Sedes Episcopalis sub Metropoli Cantuariensi, cum titulo Comitatus. Civitas haec commode sita est ad ripam Fromi 10. miliaribus Angliis ab ipsius ostio, et 89. ad Africum à Londino. Quantum ex subsistentibus adhuc veterum illius murorum et fossarum vestigiis colligitur, magni ambitus olim fuit: at à Danis et postmodum à Normannis tam dire afflictà fuit, ut etiamnum modo eas, quas ab ipsis perpeffa est, calamitates persentiscat. Tribus venustis plateis seu vicis et totidem parvis componitur. Easi densique passitesti pannus hic in magna copia conficitur.

Dorcestria Veteribus sub nomine Dunovaria seu Durnovaria nota fuit. ab Anonymo Ravenate Durnovaria nuncupatur.

Trecentis circiter ab hac Civitate passibus ad meridiem visitur Castellum, Castro virginum (Maiden Castell) dictum quod ambitu suo ultra quinque jugera continet, et triginta passibus à circumjacente solo in sublime porrigitur, in quo Romanas Legiones astitisse dicunt, à Romanis Darnium, Danicum, Darnovanda, et Durnovaria nuncupatum.

2^o Vaymuthium, Vaimuthium, Veymuthium, et Vimuthium (Weymouth, Weymuth, Waymouth, et Waymuth, item Wammouth) urbs posita inter Dorcestriam ad Septentrionem, et Vindelim (Portland) Insulam ad meridiem, cum commodo et celebri portu ad ostium Wey (Wey) fluvii, à quo ipsa nomen habet, collocata.

Titulo Vice-Comitatus gaudet. Sub illius nomine etiam comprehenditur Oppidum ad alteram huius fluvii ripam positum olim Malcomb-regis nuncupatum, quod sub initium praeteriti saeculi ponte eidem conjunctum fuit, atque antiquato proprio, illius nomen assumsit, hincque ex his duobus Oppidis una eademque Urbs facta est.

3^o Vindalis seu Vindilis (Portland) Insula seu potius peninsula tribus miliaribus Angliis ad Euro-notum à Vimuthis. Septem circiter miliaria ambitu suo continet, eamque ryes et kopuli pene totam cingunt, frumenti admodum, et pasuorum medicoriferax est, at tantam ligni et alius combustibilis materiae penuriam patitur, ut Incola vacuarum suarum stercus liccare cogantur, ut ex eo ignem exantiant. Latoniae in ea frequentes sunt, à quibus optimi et ad aedificia construenda aptissimi lapides

eruntur. Vice-Comitatus titulo gaudet, necnon ex liberalitate Edwardi Regis cognomento Confessoris Vintoniensi: Winchester: Eborac et Episcopo parat.

Latium hujus Insula nomen ab Antonino tenemus, qui illam Galliam inter et Britanniam collocat: verum quia in eadem ora varias alias Insulas sub eorundem nudis nominibus, illarum situ et distantia haud designatis, etiam memorat, opinione duntaxat ducimur, dum hanc, quam hic describimus, Vindelin nuncupamus. Confusionem arguit MSS. ut quorum aliqua duas hic Insulas annotant Vindelium nempe et Siatam, alia vero ex his duabus unam efficiunt, atque unico vocabulo Vindelipiatam seu Vindolipiatam exprimant.

V.

e. De Comitatu Hantoniensi.

Comitatus Hantoniensis seu Hantonia, Hamtonia, itam Hanonia: Southampton, Soudhampton, Hampshire, Hamshire, Hantshire: Illius ambitus est 100. miliarium Anglicorum, et ab occasu Dorsetiam, ab Austro Oceanum, ab Ortus Suffexiam, et à Septentrione Berberiam attingit. Sanguis proventu ferax, Sylvarum densitate amena, piscium fecunditate lata, et à maritimis commoditatibus felicissima, utpote crebris intersissa estuariis mercaturis faciendis admodum opportuna provincia. Ligni etiam, lana, et ferri dives est, ceterisque Anglia provinciis melle et pernis praestat. ad hanc partem occidentalem Alannis seu Avona, et Sturo seu Soars: Stoure: fluvius, qui haud procul à mari conjunguntur, et ad Orientem Testa: Test seu Tese: et Itchinus: Itchin seu Alve: qui prope Hantoniensem urbem conveniunt, perfunditur.

Ad Avona ripam orientalem Saltus est, qui Rova Sylva: Newforest: dicitur, quilibet Normanno Conquestori Saltus hic, qui tunc admodum angustus erat ac Ytene vocabatur, adeo plaunit, ut, quo illum ampliorum faceret, oppida, villas, et sacras aedes, ejectis incolis longè lateque per triginta circiter in ambitu miliaria exciderit. Terram, inquit de illo Qualterus Mapaus, Dec et hominibus abstulit, ut eam diceret feris, et eam huius: à qua triginta seu matrices Eclesias extirpavit, et populum eorum dedit exterminis.

* Qualterus Mapaus seu Mapes Archidiaconus Oxonienis vixit an. 1210. Scripsit fertur contra Romanam Sedem et Cistercienses.

Hanc provinciam duo tinentur castella, quorum unum Hurst, alterum Calshot dicitur, binis turribus in mare porsetis inaedificata. Illam quoque celeberrimam reddit Portus Magnus: Portsmouth: om-

nium Anglia potitur celeberrimus. Vesta seu Vestis
|: Wigt |; Insula hujus provincie etiam pars est. No-
tatur hic

jo Vintonia, Vincomia, et Wintonia |; Winchester
seu potius Wintchester |; Civitas posita inter duos colles
ad ripam Itchingi fluminis 60. miliaribus ad Africum
a Londino, et 21. ad Eboracum a Sorrioduno seu Salis-
buria. Tum a propria, tum huc Sedis Episcopalis anti-
quitate admodum spectabilis est. Romanis sub
Vento Belgarum nomine nota jam fuit, eorumque
artate phrygi operis textilibus, qua ibidem pro Impe-
ratore conficiebantur, celebris erat. Post Ro-
manos Britanni eam Caer Gwent dixerunt, quod
idem est ac urbs alba |; Caer enim latine Ubs est, et
gwent albus |; quod in solo ex creta et argilla albi-
cante collocata sit: Saxones vero Wintan-cestre
vocaverunt, ex quo postmodum factum est Winches-
ter, latine Vintonia.

In hac Civitate an. Chr. 407. Constantinus Tyran-
nus a perfidis militibus adversus Honorium Impe-
ratorem proclamatus fuit Imperator; hic filium
suum Constantem, qui ibidem Monachum induerat,
a Monasterio eductum primo Casarem deinde Augus-
tum dixit; at brevi post uterque ambitionis huc ju-
nas morte deperderunt.

Saxones ad suum in Angliam adventum Vintoni-
am adeo illentem deprehenderunt, ut Westsexia
besti Regis uxor, cujus consentia Director S. Letar-
dus plerorumque Cantuariorum mentibus Evangelii
lumen jam infuderat, Christianis sacris interesse sole-
bat.

Ad austrum extat vetus et fatiscenti-
bus propugnaculis castrum olim a Normannis ex-
structum. adest etiam Regia Litterarum Scho-
la.

Salubris aer, solum fertile, pretiosorum
textilium opificia, volem hanc aliquantulo adhuc, spe-
tabilem efficiunt.

Adhuc etiam hic videntur
palatium Archiepiscopalis, quod neglectum interibit.
Modo Archiepiscopi in pago Lambeth, quod Latine
Stationem lutoram significat, qui oppido South-
Wark jungitur, atque una cum illo pars Civitatis
Londinensis est, palatium habent, in quo residere so-
lent, prout supra S. praed. n. 12. 6. annotavimus.

In hoc pago an. 1280. Joannes Bekham Archiepis-
copus Cantuariensis Synodum habuit et an. 1466.
Cardinalis Bucherius [Bouchier] alteram. Hic
etiam Carnutus III. Danis Rex et Ultimus Angliae
an. 1042, vel ut alii volunt 1044. diem supremum
magno Anglorum gaudis, quibus armodum invidis
erat, clausit. Suspicio est eum veneno enecatium fuis-
se, nam vix expleto, cui intererat, convivio subita mor-
te conceptus occubuit: tum Angli ejectos, Saxonum San-
guinis Principes ad regnum demum capiendum voca-
runt.

4^o Davonia, Dubria, Dubra, Dubri, et Dubris
[Dover, Douvre, et Douvres, Saxonibus Dofra:] Urbs

cum porte porta ad litus Greti Gallici seu Caletani
 1: Pas de Calais: 169. miliaribus Anglicis ad Euronotum
 à Londino. Enigmatica, et fauli in Galiam trajectu quam
 sua elegantia aut frequentia celebrior. Lira Oceanum
 spectat, olim moenibus praesincta fuit, quorum pars
 aliqua superest, ex apice rupis omni fere ex parte con-
 fragosa miraeque altitudinis castellum amplissi-
 mum instar Ubcula opere munitissimum et turri-
 bus frequentissimum subiecto freta quodammodo
 minatur; a Romanis conditum creditur, saltem
 id pro certo habetur, idud ab ipsorum praesidio solli-
 citè custoditum fuisse. Tormentum bellicum
 in eo aservatur 32. palmis longum ac ita perso-
 num, ut etiam submississime prolata ad ejus ori-
 ficium voces in tutula praecipiantur: à Turca ve-
 rali fusum ferunt, qui in operis premium liberta-
 te donatus est.

Ubs haec olim adeo potens fuit, ut 21. naves belli-
 cas instruere ac obarmare valeret. Ante Norman-
 norum adventum unicum Anglia munimentum habi-
 ta fuit. Septem parochiales Ecclesias numerabat,
 quarum duae dumtaxat supersunt; habuit etiam
 militum Templariorum aedes, quae jam diu disparue-
 runt. Paris tempore vectoribus, quae è Gallia
 in Angliam et hinc illuc trajiciunt frequentatissima
 est, quod hic omnium brevissima sit in Galliam et
 vicissim è Gallia in Angliam via, quod hic fretum
 nominari 21. miliaribus Anglicis latum sit.

52. Grenovicum seu Gronovicum 1: Greenwich seu
 Grenwich: 1 Oppidum seu Ubs ad ripam Tamisis
 quatuor miliaribus Anglicis ad Austrum à Londi-
 no, arenoso sed limul jucundo sita loco, necnon à
 nobilibus diligenter frequentata; olim Danica
 classis Statione, et Danorum in Ealphegum Archi-
 episcopum Cantuariensem, quem an. Chr. 1011. exqui-
 sitis tormentis trucidarunt, notissima, nunc vero
 regis adibus celeberrima, quas Humphredus Glocestria
 Dux edificavit, Blacantiainque vocavit, Henricus
 VII. vero adauxit, et postmodum Carolus II. sola
 Capella servata solo aquavit, novisque arte Italica
 earum loco excitavit. Adibus hinc regis junctum est
 speciosum vivarium, in quo seu prope idud extat Regia
 litterarum Societatis observatorium.

Gregorii exterorum Regum ac Principum Legati à
rituum et officiorum Magistros primum exiipi solent, et
inde ad Regis adloquium deducuntur. In hac Ube
nati perhibentur Henricus VIII. et ejus filia Elisabetha,
vivere autem desierunt Eduardi II. et VI. Henrici VIII.
filiius. Eadem jungitur oppidum Beptfort,
quod idem cum ea esse videtur: hic celebre vitetur
Nosocomium à Wilhelmo III. conditum, in quo
aluntur nautici laboribus et senio confecti, necnon
vidua et proles illorum, qui pro patria vitam pone-
runt.

6.º Gravesinda (i. Gravesand seu Graves-end) Ubs
posita ad ripam Tamisis 20. miliaribus infra Londi-
num, 7. miliaribus ad caucum à Roffa (i. Rochester)
cum portu et aere munitissima, in ejus regione in
altera Tamisis ripa conspicitur fortissima turris; in-
ter utramque catena protenditur, qua Tamisim
claudit, Henrici VIII. opus. Hic viatores, qui
Londinum petunt exscendere solent, qui autem
inde in exteras regiones contendunt, in hoc portu
navem conscendunt. Ubs hac est populosissi-
ma, quod in via, qua Londino Roffam et Dubrim
ducit, collocata sit.

7.º Roffa, Ruffa, Rochester (i. Rochester, Rocestor)
Civitas antiqua, angusta sed venusta Sedes Episco-
palis sub Metropoli Cantuariensi, et Emporium, an.
1611. Vice-Comitatus, deinde Comitatus titulo donata,
posita in comwall ad ripam Meduasi seu Medwae-
gi (i. Medway) 27. miliaribus ad Euronotum à
Londino. Antonino Durobrus, Duroprova,
vel Durobrova, Beda, et in charta fundationis
Eulcise Cathedralis Durobrevis dicitur. Saxo-
nes eam Honercaster nuncupaverunt, Angli Ro-
chester et Latini recentiores Roffam, p.

Muris male firmis ea parte cineta est; ad occi-
dum, meridiem, et ortum magna eam ambiunt Sub-
urbia, quibus illius suppletur angustia.

Casibus defuncta est non paucis. An. Chr. 670.
ubi Saxones de Summo imperio inter se se dimica-
bant, ab Athelredo Meriorum Rege prostrata,
deinde à Danis an. 884. gravi obsidione oppressa
fuit, à qua tamen Alfredus Rex illam liberavit.

at an. 999. Dani Ienni irruentes, eam diriperunt.
Sub Henrico I. Saeculo XII. flammis penè absumta est;
Denique an. 1177. circa finem Regni Henrici II. altero
incendio penitus deleta fuit, at postmodum Henrici
III. liberalitate Ienni restituta fuit.

Ecclesiam Cathedralam praecipuum huius Civitatis orna-
mentum Ethelbertus Rex Cantii in honorem S. Andrea
primium erexit, atque per S. Augustinum Episcopali
dignitate illustravit. S. Iusto primo illius designato An-
tistite constitutisque subijcto Canonice, qui eam admi-
nistrarent, verum cum postea vetustati cedens ori-
nam ministraretur Gundulphus eandem circa an.
1080. restauravit, et expulsis Canonice Monachos Be-
nedictinos induxit: at hos Henricus VIII. eiecit, usque
Ienni Canonicos subrogavit.

Dioecesis haec etsi omnium totius Angliae Dioecesium
sit minima, ut quae non nisi Cantii partem aliquam
sub se contineat, nec ultra 98. parochias numerat, est
post Cantuariensem vetustissima, atque à S. Augusti-
no circa initium Saeculi VII. creata.

Inter
Ecclesiam Cathedralam flumini impendat castorum
opere et ita satis munitum, quod Odonem Episco-
pum Bajocensem in Normannia et Cantii Comitem
extruxisse fertur.

Hic etiam parvatis opere q. pons
ab Equite Roberto Knowles seu Knolls sub Henrico
IV. constructus totius Angliae spectatissimus Media-
cum tegit.

Atterburium s. Atterbury huius Urbis
Episcopus, an. 1723. prodicione in Regem insimula-
tus, et ob id dignitate et regno eiectus in recentiori
Anglia historia locum sortitus est.

8.º Chattam Navale ad Meduam seu Medvea-
quam infra Roffam aique vicinissimum. Hic Elisa-
betha Regina magnis expensis Anglica classis Statio-
nem stitit fecit, quae postmodum iussa Caroli II. et
Jacobi II. ad eum perfectionis gradum perducta est,
ut quid simile alibi vix reperiat. proter arces
ad navium constructionem adaptatas, praestantisque
apothecas pro iis, quae hic hyemare solent, adest eti-
am Xenodochium pro vulneratis Nauticis an. 1594. à
nobili Joanne Hawkins propriis sumptibus constructum,
ne non ararium Eleambrynarum in eundem finem
an. 1588. erectum.

Ad defendendam hanc
navium Stationem varia ad ripam Meduani excita-

ta fuere propugnacula, ac propinquis (Carolus II. in ex-
trema et occidentali Shepeja): Shepey: insula plaga pra-
stans munimentum excitavit, quo hostes ab ingressu Ta-
misis et Meduasi avertentur, idque Anglis et magis ne-
cessarium est visum, quod an. 1667. Batavi, quibusum
bellum tunc gerabatur, sub Talassiarcho Ruyter ini-
tio mensis Junii omnes naves Anglicas ibi consistentes
vel combusserint, vel deprefferint, vel secum abduce-
runt.

9^o Shepeja seu Sheppeja: Sheppey, Sheppi, et Shepey:
Insula, quam Meduani a continente separat. Post-
quam fluvius hic Roffam deseruit, tum in duos divi-
ditur ramos, quorum unus ad ortum fluit, et East-Wa-
le dicitur, alter ad occasum, et West-Wale nuncupatur
|: 13. quaedam tabula geographica illum versus Septen-
trionem ducunt:| atque Insulam hanc efformant,
qua creditur ea esse, qua a Ptolomaeo Toliapis nun-
cupatur.

Ejus longitudo est visiter 9. miliarium Anglicorum.
Latitudo 7. et ambitus 32. Solum habet focum
dum praestem pasuis, sed lignorum patitur penu-
riam. Quendam arbitrantur Insulam hanc She-
pey, West, ovium Insulam a multis, qua in ea pa-
bulantur, ovium gregibus fuisse vocatam.

In ea sunt quaedam spectabilia oppida seu pagi, ut
Myrster a Monasterio, quod Scaburga Ercumberti
Cantuarum Regis uxor an. 660. construxit. Kings-
borow, id est Regius Burgus, nunc Queensborough
praestans et amplem oppidum, praecipueque Insula
lous, et Castrum ab Eduardo III. Saulo XV. erectum;
denique munimentum idem, quod articulo preceden-
ti meminimus, a Carolo II. excitatum, cui nomen
Shionasso seu Shear esse.

Hae Insulae
talpas haud patitur, et si qua in eam deferantur, ea
statim pereunt. Dani, Comes Goodwinus,*

* Ad ortum extra
Tamisis ostium
Tanato Insula
lous vadosus, are-
nosus, et navi-
gantibus insidiosus
longe praecipat,
quem Goodwinus
Sands nuncupant,
ubi Insulam an. 1097.
absortam, qua 90-
odivini patrimonii
erat, proderunt an-
nalis Anglii.

14.

§. IV.

De Essexia

Essexia | Essex: | seu ~~quod significat~~ Saxoniam Orientalis,
provincia, qua durante in Anglia Heptarchia etiam spacia
la regnum fuit, confinis est ad Septentrionem Ost-An-
glia | Est - seu Ost-Anglia: | ad Orientem Mari Germani-
co, ad Meridiam Tamisi, et ad Occidentem Meris. Ma-
xima ejus longitudo est 75, et latitudo 38. miliarium
natis Anglii.

Ante Romanorum in Angliam adventum Trinobantes populi eam incoluerunt, à veteri Britannica voce Trenant, quæ oppida in valle sonat, forte sic dicti; Regis enim hæc ad Tamisum ferè tota in valle subidet. Romanicam coloniam fecerunt sub quorum imperio celebris fuit, at ubi Saxones in Angliam appulerunt, tunc multum ei de pristino splendore suo deperit. Regionem hæc Hengistus Sano à Vortigerno Britannorum Rege obtinuit; postmodum Eccericius eam regnum fecit, primisque in ea Monarcha fuit. Ina occasione et quibus in circumstantiis regnum istud fundatum fuerit, atque Hengisti Successores idem amiserint Scriptores Historici annotare prætermiserunt: id duntaxat compertum, eadem an. 527. Eccericium dedisse initium, Guthredum vero finem, quippe quem Annales Saxonici ultimum Essexiæ Regem fuisse memorant, imperare coepit an. 746. et si vel paulò ante Heptarchia abolitionem adhuc inter vivos spiravit, tunc per 78. annos regnasse dicendus est. Cæterum inter omnia Heptarchia Regna nullius adeò parce meminuit Historia ac Essexia. Tres minores provincias complectitur scilicet Essexiam propriam, Mittelsexiam, et Hartfordiam, quas modo singulis titulis expendimus.

I.

De Essexia propria.

15.

Essexia propria seu specialis (Essex) provincia cum titulo Comitatus. Confinitur ad Septentrionem Suffoliam et Cantabrigiensi Comitatu, ad Orientem Mari Germanico, ad Meridiem Cantio, et ad Occidentem Mittelsexia et Hartfordia. Eius longitudo ab ortu ad occasum est 40. latitudo ab Aquilone ad austrum 35. et ambitus 156. miliarium Anglicorum. Nomen traxit ab Orientalibus Saxonibus, qui eam incoluerunt.

Aërem habet non ubique salubrem; ubi mari et Tamisii vicina est, ibi aër humidus est, unde et incolæ febribus intermittentibus admodum sunt obnoxii, præsertim in insulis, quæ Mari sunt vicina, et ob id paucos satis numerant incolæ. Foramenti, pecorum, et lignorum dives est et fecunda, ferarum et piscium præsertim ostrearum, corvi, lupuli copia felix. Præcipua illius opificia sunt rasi denique texti et similium. Adhuc quoque quamplures mole conficiendo pulvere pyris, in quibus is in majori copia quam in tota Anglia conficitur. Per multam fluvii eam irrigant et perfluant, quorum præcipui sunt Tamisus, qui eam a Cantio, Stura seu Stourus, vel Soars,

quaeam à Suffolcia, Lea: ley: forte litum veterum: / quae
eum à Mittelsexia, Stura seu Stouris minor, qui eam ab
Hartfordia separat; itam Colnus: Colne: Chelmeris
Chelmer: Coruus: Chrouch: Rodingus: Roding: et plu-
res alii, qui omnes admodum piscosi sunt. Praeipua
in ea urbes sunt

1^o Harwicium seu Harviacum: Harwich seu Haresich:
Urbs cum portu ad ostium Sturae seu Stouris vel etiam Iovani
Stura: ubi in mare Germanicum incidit, et in confi-
niis Suffolciae, 18. miliaribus à Colcestria, et 60. à Londino
utrinque ad Euro-Aquilonem mesem. ab hac urbe solvit
Tabularius, qui litteras in Hollandiam defert, et inde huc
revertitur. Situs ejus est opportunissimus, quippe
quam ex omni penè parte, mare inungit, atque tum
natura tum arte munitissima est; incolis ac civibus
frequens aqua vivida patitur penuriam; plures ejus
plerumque argilla, ex vicinis montibus delivente, ac in
lapidem conversâ Stratae sunt; ex parte montis enim
fons scaturit, circa quem caruleae argilla species
quaedam reperitur, quae ubi aqua huic immergitur Sta-
tium lapis fit: haec aqua etiam lignum in saxum con-
vertit, cujus sat magna copia Londini in Regia Societa-
tis repositorio aperatur. Urbem hanc etiam ce-
lebrem effecit navale proelium, in quo Saxones, an. 884.
de Danis victoriam reportarunt.

2^o Colcestria seu Colina, itam Brocolitia: Colchester:
Caput provinciae et Sedes Episcopalis sub Metropoli Can-
tuariensi, cum egregio portu, in quo excellentes ostreae
capiuntur. Sita est in supercilio colli ad australem
colni ripam, à quo et nomen habet, 6. circiter millia-
ribus ab eo loco, ubi fluvius ista in Mare influit; 43.
miliaribus ad Euro-aquilone-mesem à Londino.

Vetustissima est, et, ut ajunt, à Caio Britannia Rege
an. chr. 124. excitata. verisimile est eam Cloniam
illam esse cujus meminit Antoninus in Itinerario. Eam
Britanni Cocer-Colin, Saxones Colceaster vocarunt,
Angli vero Colchester dicunt. Incola trahitur Lu-
cium primum Regem Christianum, Constantinum iti-
dem primum Imperatorem Christianum, et Helenam
ejus matrem in hac Civitate natos fuisse; at Nicepho-
rus Calistus* eam Drepani in Bithynia ortum habuisse

* Nicephorus Calistus
Callisti Xantopuli
filius Historiographus
Graecus, vixit saeculo
SIV. sub Imperatori-
bus Andronico Paleo-
logo Seniore, et Mi-
chaele Andronico, Ju-
lucena parochiales, et in Suburbis duae. Praeci-

ma ejus negotiatio consistit in conficiendis variarum specierum laucis et bombicinis paumis.

Senescente saeculo praeterito Carolum I. Regem inter et Parliamentum ultimum fuit Regi adhaerentium perfugium; an. 1648. a Parliamenti exercitu obsessa fortiter se defendit, sola fames ad se dedendum adigit praesidium; bini Praefecti Carolus Lucas, et Georgius Lisle, quod urbem adeo strenua et tam diu defendiderint, proinde loco ambo glauca hostium sententia et Decreto trajecti fuerunt.

3^o Maldena | Maldon seu Malden: | urbs posita ad australem Chelmeri ripam 10. usque 12. Mill. ad Africum a Colcestria, et 7. circiter ad oceanum a Mari et 33. ad Euro-Aquilone-mesem a Londino. a Danis devastata Eduardus Alfredi filius Rex Saxonum reparavit, eiq[ue] castrum adjunxit. Incolis frequens unia ad miliaria protensa platea continetur.

Praeteriti aui Scriptoris voluerunt eam esse Camulodunum veterum Romanis celebrem urbem, cujus Antoninus in Itinerario meminit, et apud Anonymum Ravennatam Camulodulo Colonia, apud Ptolomaeum Tribonantium | Nunc Essexia: | populorum, et Tacito Camalodunum dicitur, in qua, ut auctor est Dio Cassius, Cubilius Princes Britannicus aetate Tiberii et Caligula Romanorum Imperatorum. Sedem habuit, ad quos filiorum suorum unus transfugit, cujus alterum filium Caratacum Clautius Romanorum Bellidux sub Claudio proelio devicit ac interfecit.

Claudius an. Chr. 43. Imperii sui tertio ipsemet in Britanniam trajiciens urbem hanc occupavit, unde Britannii nomen sibi asumpsit, et deducta in eam veteranorum ~~exterior~~ legione Coloniam Romanam fecit, necnon Coloniam Camalodunensem dicit; alias etiam Colonia Vitoricensis dicta est, proculdubio ex nomine Legionis XIV. quae Gemina Martia Victoria dicebatur. Postmodum Urbs haec moenibus nondum firmata Britannorum furorē expectata est; inmens enim Boadicea seu Boadicia Prantayi Xenorum, nunc Ostro-Anglorum, Legionis Monarcha vidua cum circa an. Chr. 63. occupavit, et incendit, Romanosque omnes interfectione delevit. Postmodum tamen Romani eam restaurarunt.

Et hanc urbem, ut jam memoravimus, praeteriti aui Scriptoris praesigunt Maldenam esse dixerunt; ut recentiores quidam ~~is~~, nostro quidem iudicio, perspicaciores ipsis obviant, atque Solidioribus, ut no-

nore. Scripsit 23. libris, quorum 18. sumtaxat supersunt, Historiam a Nativitate Christi usque ad mortem Phoca Imperatoris seu potius Tyranni, qua in an. 610. quo ab Heraclio interfectus est, incidit.

Handwritten marginal notes on the left edge of the page, including fragments like 'Chelmeri', 'Londino', 'Africum', 'Euro-Aquilone', 'Danis', 'Tiberii', 'Caligula', 'Claudio', 'Britanniam', 'Boadicea', 'Ostro-Anglorum', 'Legionis', 'Romani', 'Scripserunt', 'judicio', 'obviant', 'Solidioribus', 'ut no-'. These notes are partially cut off and difficult to read in full.

Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including fragments like 'o.', '6.', '10.', '12.', '14.', '16.', '18.', '20.', '22.', '24.', '26.', '28.', '30.', '32.', '34.', '36.', '38.', '40.', '42.', '44.', '46.', '48.', '50.', '52.', '54.', '56.', '58.', '60.', '62.', '64.', '66.', '68.', '70.', '72.', '74.', '76.', '78.', '80.', '82.', '84.', '86.', '88.', '90.', '92.', '94.', '96.', '98.', '100.'. These notes appear to be a list or index of some kind, possibly related to the text's content.

bis videtur, argumentis Canulodunum in confinis Ost-
Anglicæ milliari ab oppido Walden versus oceanum in
apice colli, qui Anglis Storbury-hill dicitur, et quem
Canus | Can | in Essexia finibus Scaturiens protēfluit,
constituerunt, nemor ab hoc fluvio, et colle, qui veteri
Britannorum seu Celtarum lingua Dun, ex quo Latini
Dunon fecerunt, significat, urbem hanc Canulodunum
dictam fuisse voluit, quæ jam Dunum disparuit.

4^o Dunmagus, Dunmoria | Dunmoad, Dunmoad, Dun-
moad 9, et Dunmage | Urbs exigua sed amoena in colli
declivitate ad Chelmeri ripam Hartfordiam inter
et Olcestriam collocata, in qua an. iiii. Monasteri-
um constructum fuit, quod amplius non superest.

Quidam volunt eam esse Antonini Casaromagus
quod idem est, ac Cæsaris urbs | forte in honorem Ca-
saris Augusti constructam; alii autem ajunt Casa-
romagus esse Burgetad modo rusticorum viculum.

5^o Waldena | Walden | Urbs exigua posita in
via, qua Harwic Londinum ducit, in confinis Suffol-
cia et in apice colli paulo infra Barcloviam | Bar-
clow | pagum. Cui admodum dives est, unde et
Cui Waldena | Saffran-Walden | dicta est. Calvern
olim fuit Monasterium, quod sub Henrico VIII. in
privatas aedes conversum est.

16.

II.

De Midlessexia.

Midlessexia seu Mittalsexia | Midlessex, seu Mid-
Dalrex | olim à Trinobantibus Britannis incolis huius
Regio Trinobantum dicta, postmodum Midlessexia seu
Mittalsexia, id est, Saxonia media à mediis, qui eam
habitarunt Saxonibus, quod inter Saxones orientales,
occidentales, australes et Merios intermedii fuerint,
mutata fuit, quod nomen hactenus retinuit.

Angustioribus spatii circumscripta est, nec ultra 19.
milliaria Angliæ apud longitudo, 16. Latitudo, et 92. am-
bitus porrigitur. Limites habet ad Septentrionem
Hartfordiam; ad occidentem Comitatum Buckinghami-
ensem, à quo Colno fluvio separatur; ad meridiem
Surreiam, à qua Tamisis eam distinguit; et
ad orientem Essexiam, à qua Lea | Ley | flumine dis-
terminatur.

hæc angustior est eò amoenior,
et foecunda est humo aëris temperie solique indul-
gentia, arboribus et riuibus magnificis undique nitida, p.

Occurrit in ea

1^o Londinum, olim Augusta Trinobantum seu
ut alii scribunt, Tribonantum | Anglis London, Ger-
manis Londen, Gallis Londre seu Londres, Italis

Londra: totius Angliae Metropolis Monarchae sedes, ut et Episcopi Cantuariensi Archiepiscopo Subiecti, forte omnium totius Europae Civitatum maxima, opulentissima, et pulcherrima, florentissimumque emporium, posita ad septentrionalem Tamisis ripam, ubi ipse Luna crescentis figuram exhibet supra collem, in arenoso, ac proinde salubri loco, 60. circiter miliaribus Angliis à Mari. ab oriente ad occidentem ad 3. circiter miliaria potenditur, et à Septentrione ad meridiem ultra 2½ non porigitur, oppidum tamen Southwark haud comprehenso, quod australem Tamisis ripam occupat. Solum ejus fertile est et omnibus ad vitam necessariis abundans, unde in ea nulla hiemumodi rerum penuria et paucitas. Portum habet percommodum atque adeo magnum

Unde nomen traxerit, incertum videtur, cuius fabulis, et Spatiosum, ut que hanc in rem ab aliquibus texuntur, Nos, qua nobis resis- in eo 1000. naves miliaria videntur, ~~pro~~ proferimus. Quidam Londinum consistere possunt. dictam volunt à voce Britannica Lund, quae Sylvam significat, quia veteres Britanni, quod Caesar et Strabo memorant, inter Sylvas et nemora sejecerit, ~~quibus~~ quantum eorum habitationi sufficeret, arboribus considere solebant, quare Londinum valuit Ubs nemorosa vocata fuisse ipsis videtur: alii nomen hoc à navibus, quas Britanni Lhong nuncupant, deducunt, ita, ut Londinum sonet Navale vel Ubs navium, urbem enim Dinas nominant Britanni, unde Latini Dinum deslexerunt.

Luis primus ejus conditor fuerit, vetustas quoque obdruit: quidam antiquissimam faciunt, ut in quorum opinione anno mundi 2945. sique ante Romam conditam 902. et ante Christi adventum 1055. posito scilicet quod primus Orae Christiana aetas in 4000. mundi incidat, et Roma an. 750. ante Christum condita fuerit, et quidem eo ipso tempore, quo Salomon Templo Jerusalemitano dedit initium. Historia quoque memorat Ludrum plud: quendam Britanno- rum Regem 60. circiter ante Christum annis eam instaurasse, et ampliasse, necnon eodem nomen suum imposuisse, ex quo postea Londinum factum sit. Verum quamvis haec omnia fabulam redolere videantur, antiquam tamen eam esse nemo dubitat.

Cornelius Tacitus* lib. 14. c. 33. illam Nervis aetate copiosi negotiatorum et comestiu oppidum maximè celebre fuisse scribit. Ammianus Marcellinus Londinum, inquit lib. 27. c. 18. vetus oppidum quod Augustam potentiam adpel- lavit: forte id nomen à Constantino M. accepit, qui primum moenibus, quae de distantia portis patent, eam obsepit; atque etiam sublato Flavio. Christianaque religione restituta Episcopum in ejus locum substituit. Ortelius** meminit Trino- tantum urbis in Albione Juncta, eamque Augustam Trinoban-

* Cornelius Tacitus
celebris historiographus Latinus
Nobilis Romanus
et Equestri Ordinis,
quam doctus
egregia ad praecipuas Reipublicae
dignitates exco-
ndit, floruit sub
Vespasiano, Do-

mitiano, Nova, et tum vocat, nec dubium, quin ea Londinum sit.
 Trajano sub quo scrip- Ubs hac variis casibus fuit obnoxia; Nerone imperante Bo-
 sic Historiam, cuius dicea seu ut Dio vult, Boudica Prasutagi Irenorum Regis
 nominis s. libri su- vidua Praefectorum Romanorum crudelitate irritata Camulo-
 perunt, et Anna- duno obtento, quod alibi memoravimus, Londinum venit, ac ibi
 les, quorum etiam pars magna perit. omnia ferro et igne misuit, at brevi post Urbs hae pristino-
 ** Ostalium s. libbra - Splendori à Romanis restituta fuit. An. 297. Similem cla-
 hannus; celebris Ges- dem à Francis petulisset, nisi à quibusdam Romanis Legioni-
 graphus Philippi II. bus inopinatis advenientibus servata fuisset, tum à Constantino
 Hispaniarum Regis, M. ut ab hostium incursionibus tutam praestaretur, moenibus in-
 natus est Antuaropie, ita fuisse dicitur. An. 463. Hengistus primus Saxonum
 obiit caelebs an. 1998. Rex Urbem hanc à Vortigerno obtinuit, qui mutata regi-
 atatis sua 71. In- minis forma Christianam Religionem ab ea eliminavit, qua
 tar dia Opera edi- post annos quadraginta civiter Saxonibus ad fidem Christianam
 dit Theatrum or- convertis demis reduta fuit. An. 854. Danicam occupa-
 bis terrarum, Sy- verunt; et an. 1012. diriperunt aci dato illius Episcopo. Anno
 nonyma Geogra- sequenti Sveno Danorum Rex eam cepit ac Ethel-
 phia, et Thason- redum Saxonum Regem Angliam expulit. An. 1016. Cam-
 num Geographi- tus Danus ea demis potitus est, et an. 1018. ibidem Anglia Rex
 um. coronatus est. An. 1042. extinta per mortem Canuti III.
 Stique Danica, Saxones demis coronam obtinere in persona
 Eduardi Confessoris, quo an. 1064. vita functo Haraldus
 Cantii Comes Sita Canuti III. filius filius regnum, quod
 Eduardo Athelings debebatur, sibi asseruit, atque
 Haraldus II. dicitur est; tum à Normannia adveniens
 Wilhelmus cognomento Conquestor, quem Eduardus
 testamento legum heredem instituerat, ei coronam et
 vitam arripuit, qua an. 1066. capiti infus imposita est.
 tunc sub illius imperio Londinum respirare coepit, at
 que aurea Saecula ei illiusse visa sunt, et Biniqum
 indulgentia immunitates maximas consecutum est,
 Regum Camera dicitur coepit, merimoniisque ita refla-
 runt, ut Guiliehmus Malmerburiensis, qui eo tempore
 vixit, Urbem nobilem, opimam, civium divitiis consti-
 patam, negotiatorum ex omni terra venientium
 commerciis frequentatam dixerit; tum etiam surgentibus
 testis undique auerit, et exspatiantia ad portas longa
 serie se protulerunt Suburbia, quae modo amplitudine
 sua Schies usque ibam superant.
 Anno 1210. Joannes Rex, cognomento Sine terra Urbis
 hujus regimen ordinavit, atque Praetorem, quem Angli
 Majorem s. Major s. dicunt, constituit. An. 1215. Angli
 ab eo aversi Ludovicum Philippi II. cognomento Augusti Fran-
 cia Regis filium, qui postea sub nomine Ludovici VIII. pa-
 tri suo successit, in Angliam vocatum, an. 1216. mense maji
 Regem suum dixerunt; eodemque anno Joannes pro moero-
 re obiit. at an. 1217. Henricus III. Joannis filius novum hunc
 Regem hic obsedit, atque regno renuntiare eidemque de-
 bere coegit. Anno denique 1666. quatuor diebus

Silicet 3. 4. 5. et 6. Septembris incendio in illa 13000. vel, ut quidam volunt, 28000. aedes et 90. Ecclesia, inter quas ipsa Cathedralis, flammis abrasa fuerunt.

Quis hujus Urbis primus fuerit Episcopus ignotum est, id dumtaxat compertum habemus Constantinum M. in ea antiquata idolorum cultu sacra Christiana restituisse atque Episcopum constituisse, forte Restitutum illum, qui una cum Episcopo Eboracensi Concilio Ardatensi an. 314. sub eodem Imperatore celebrato interfuit ac subscripsit. at ubi an. 463. Hengistus primus Saxonum in Anglia Rex Urbem hanc à Vortigerno Britannorum Rege obtinuit, tum mutata illius regimini forma Christianam Religionem in ea antiquavit, idolaque restituit. Post Saxonum ad fidem Christianam conversionem an. 604. Mellitus primus Londini Episcopus creatus est; prius in ea Sedem Archiepiscopalem fuisse tradit Beda, quam eodem tempore, quo Mellitus hic designatus est Episcopus, S. Augustinus Cantuariam transtulit.

Londini prater permultas privatas sacras aedes et Capellas 135. quinque numerantur parochiales Ecclesia, quarum ad minimum 80. ad Nonconformistas pertinent, Lutherani suaqueque hic habent Ecclesias, ut et Tremuli; Quakeri. Inter omnes eminent Ecclesia Cathedralis S. Pauli dicta, et Westmonasteriensis, qua Suburbio, quod olim Civitas erat, nomen tribuit: item 5000 plateae, 120000 aedes, et 1000000. incolae; quidam numerum hunc augent, atque in eo 7000. plateas, 130000. aedes à 1040000 incolis habitatas constituent. Quamprimum etiam in ea sunt ampla et magnifica fora, pulchraque lata et longa plateae. Cathedralem Ecclesiam an. 610. Adelbertus seu Ethalbertus Rex Cantii, sub quo Sebertus quasi beneficiarius hoc tractu regnavit, construxit, seu potius restauravit, atque Christianis tradidit. Ajunt Diana Templum olim hoc loco extitisse.

~~hanc urbem, quae antea Londinium dicebatur, in Britannia insula, in regione quae vocatur Londra, sitam esse, et quae antea Trinobantibus, quorum lingua Londra dicitur, nomen sortita fuisse, et quae postea a Romanis Londinium nomen sortita fuisse, et quae antea Trinobantibus, quorum lingua Londra dicitur, nomen sortita fuisse, et quae postea a Romanis Londinium nomen sortita fuisse.~~

Adiunt etiam parvula Nosocomia, in quibus pauperes, aegroti, viribus exhausti sustentantur; quorum septem amplitudine et magnificentia reliquis praecminent, praecipua sunt, illud, quod Christi dicitur, Monasterium fuit, quod Henricus VIII. fens adiecit, ejus filius Eduardus VI. vero an. 1553. in Xenodochium convertit; et Chelicense; Chelsey; militiae Anglicae à Westmonasterio ditans; ejus fundamenta jecit Carolus II. ipsius frater idem Jacobus II. illud continuavit, Wilhelmus III. autem perfecit: in eo aluntur morborosi et debi-

les milites, et eorum praepositi ad militiam haud amplius apti.

Adhuc etiam varia humaniorum litterarum Scholae, in quibus certo semper numero pueri erudiuntur. Adest Schola, in qua Mathesis secundum omnes suas partes, praesertim eam, quae navigationem requirit, itam Collegium, in quo Theologia, astronomia, Musica, geometria, Medicina, Jus civile, et Rhetorica docentur. Nec ultimum hujus Civitatis ornamentum est Regia Scientiarum Academia à Carolo II. an. 1663. mense Aprili fundata et erecta, cujus membra praecipue in id inveniunt, ut rerum naturalium scientiam experimentis perficiant.

Anno 1211. Joannes Rex cognomento Sine terra ponte Tamisium junxit, super quem ab Urbe ad Suburbium seu oppidum Southwark transitur, 19. constat lapideis arcibus, qui singuli 20. pedum spatia à se invicem distant. 180. pedibus longus est, et 30. latus, 60. vero altus. ambo ejus latera stipant pulchrae domus, quarum tabernacula praetiosis meribus superbiunt. ibi usque medium tenet pons ductarius.

Inter illius Suburbia, proter oppidum Southwark, de quo egimus supra §. 2. n. 357. 6. facile praecipuum est Westmonasterium, ab ejus occidentali situ et Monasterio sic dictum. Olim specialis Urbs fuit plus mille passibus à Londino et ejus Suburbis abjuncta; at haec subinde continuatis aedibus, et superbis secundum Tamisium procerum habitacionibus eam Londino adhererunt ita, ut modo utraque unam ejusdemque nominis Urbem efficiant: Westmonasterium tamen antiqua sua specialiaque jura, privilegia, et jurisdictionem haecenus retinuit.

Antiquitas Thornia; Thornay; vocata fuit ab idolo Thor, quod Apollinem significat, necnon ante Saxonum conversionem ibi colebatur, et cujus delubrum sub Imperatore Antonino Pio terra motu corrippe dicitur. An. 170. Lucius primus in Britannia Rex Catholicus illius loco caenam capellam posuit, quam subinde Diocletiana persecutio sustulit, locusque desertus mansit, donec saeculo VII. Sebustus Orientalium Saxonum Rex demò ibi aedificavit, quam postea à Danis iterum dejectam renovavit Dunstanus Episcopus, necnon paucis Monachis concessit. At saeculo XI. et circa an. 1050. S. Eduardus cognomento Confessor recens illam crexit in honorem S. Petri, eique Monasterium adjunxit, atque Monachis Benedictinis tradidit, quod ab occidentali situ suo Westmonasterium dictum est, quod nomen Urbs ipsa assumpsit. Tenique saeculo XIII. Henricus III. destructo Eduardi Opere Ecclesiam hanc longè pretiosiorum, multis marmoris columnis decoratam, et tecto pluribus instructam aedificavit, cujus tamen perfectionem haud videre potuit, ut pote ad quam ipsa peritum post 50. annorum spatium pervenit. An. 1539. expulsi ab Henrico

VIII. ab ea monachis, ad varias subinde vices revoluta fuit, primum Decanum habuit et Prebendarios, mox Episcopum, qui dilapidato patrimonio post novem annos cecidit et Decanus reliquit. Statim Monachi cum suo Abbate à Maria Regina reduti, ea factis funeta auctoritate Barlaamanti ibis ejectis Elisabetha Regina Maria Soror in Collegiatam Ecclesiam convertit.

In hac Ecclesia quindecim aut sexdecim Regum ac Reginarum Anglica Mausolea sunt. In ea etiam à tempore Wilhelmi Conquestoris, qui primus in illa coronatus fuit, Reges inungi et coronari solent. Ibi quoque asseratur thronus, sceptrum, et corona veterum Scotia Regum una cum lapide, qui fatalis dicitur, ~~quod dicitur~~ atque ipsorum Paladium erat, ~~et~~ ac ~~tradunt~~ idem ipsum fuisse, quem Jacob Genes. 28. v.ii. profectus in Mesopotamiam capiti suo dormituros supponit, sine teste tradunt, quo cimelia Eduardus I. Anglia Rex, ubi de Scotis triumphavit, seum asportavit.

Olim prope Monasterium extitit magnificum palatium Saeculo XI. ut creditur, à S. Eduardo Confessore extitum, circa Saeculo XVI. medium sub Henrico VIII. abiit in cineres, soli ampla vidari aula et quibusdam eadem junctis conclavibus, flamma peperit. In hac aula, praeter Comitum Parliamentaria, quae ibi Legatione habentur, fora judiciaria constituntur, et stans temporibus causa cognoscuntur.

In ipso Monasterio publica extat Bibliotheca, quae toto Saeculorum judiciariorum tempore mane et vespere aperta est.

Westmonasterii unica est Baronia, ut in lois, quae ad ipsum pertinent ejusque sunt jurisdictionis, quinque adhuc numerantur. Hae etiam duo extant Regia palatia nempe Aula Alba [Whitahall] et S. Jacobi [S. James] prius ripam Tamisis occupat à Cardinali Wolsey [Wolsey] constructum, quod Henricus VIII. cum Cardinalis ista gratia ipsius emisset, sibi asseruit, atque postmodum Monarcharum Anglia Regia fuit, qui illud variis aedificiis auerunt, et quamvis externa huius specie non adeo magnificentem apparet, commoda tamen et pretiosa Inventa numero completitur conclavia, inter quae principum locum obtinet Aula magnifica à Jacobo I. condita, in qua Reges exteroorum Principum Legatis praebent audientiam; in ea etiam olim et cum adhuc Catholica Religio in Anglia vigeret, Sena quinta in Cena Domini duodecim pauperibus pedes lavare, Reges solabant. Per hujus Aulae fenestras Carolus I. Capite truncandus regnum ingrossus est. An. 1649. 4. Jan. immani incendio in cineres palatium hoc redactum fuit,

adco, ut ex eis nihil superstes manserit, praeter hanc Aulam
et veterem quamdam Capellam. at postmodum denuo longi-
tudo restauratum fuit. Solum habet commodum et jucundum,
ab austro Tamisi abluitur, et ab aquilone vivariis ~~opibus~~ ~~dis-~~
~~bris~~ ~~manipatis~~ ~~fidem~~ ~~is~~ ~~manipatis~~ clauditur, quod Jacobi
|: James:| nuncupatur. Ad illius extremum estat palatium
altorum palatium Regium, quod S. Jacobi |: S. James:
dictum ab Henrico VIII. excitatum, quod post Aula Alba
|: Whitehall:| deflagrationem, Regia fuit. In eo Regina
Catharina regis Portugaliae filia Caroli II. uxor Capellam
habuit ritu Catholicis consecratam, in qua divinis officiis epis-
tere solebat, qua post Jacobi II. à Regno discessum Gallis
et Hollandis Calvinisticis tradita fuit.

Duos miliaribus Angliis ab hoc S. Jacobi palatio versus
occidentem occurrit adhuc aliud palatium Regium à vicino
Oppido Kensington nuncupatum, pulchrum et commodum.
Istud Wilhelmus II. Wilhelmi Conquestoris filius à Comite
Nottinghamo coëmit, atque ad eam, qua nunc Superbit, am-
plitudinem et elegantiam perduxit, et ut ab eo commodum
ad Aulam Albam |: Whitehall:| ipsi potaret aditus viam
per Jacobi vivarium |: James Park:| Sabulo stratum perfici
i curavit. In eo bonum tempus, quod urbis aër ipsi non
conducerat, transigere solitus fuit, ubi et vitam posuit
circa an. 1100.

Londinum ligni venialis patitur penuriam, unde in ea
carbonibus fossilibus, quos haud vulgaribus expensis à Northum-
bria et Scotia huc advectat, uti coguntur, et qui ubi
comburentur fumum amittunt corporis sanitati admodum no-
cium, p.

Londini quaedam memorantur celebrata Concilia, ut an.
1075. totius Anglia Nationale, cui Lanfrancus Durover-
nensis seu Cantuariensis Archiepiscopus praesedit ad clavum
universae Ecclesiae Gregorio VII. sedente, et regnante in
Anglia Wilhelmo cognomento Notho, ejusque Regni anno
nono.

Item an. 1111. sub Banhali Papa II. cui praese-
dit Anselmus Cantuarie Archiepiscopus et totius Anglia Bi-
mas.

Et an. 1268. Nationale totius Britanniae Hiber-
niaeque Insularum sub Clemente IV. Papa cui praesedit Otho-
bonus S. Adriani Diaconus Cardinalis. In his Synodis varia-
morum disciplinaeque Ecclesiasticae agitata et definita fue-
re capita.

an. 1382. adversus Wilefistarum, vel
quod Lollardorum pululantem haeresim, cui praesit Guiliel-
mus de Courtenay Cantuarie Episcopus, et in quo 24. Wilefi
et ejus sectatorum exitiales propositiones damnatae fuerunt.
an. 1396. alterum in eadem causa collectum est Lon-
dini Concilium à Thoma Howardio Cantuariensi Archi-
episcopo.

2^o Brentfordia |: Brentford:| oppidum, seu, ut alii vo-
lunt, Urbs ad Tamisum seu ad Brentam |: Brent:| amnem

lum, ubi Tamisi immergitur, posita 7. miliaribus Angliis ad occidentem à Londino. Populosa est, et ferè ad miliaria posita. an. 1016. non post ab ea Edmundus Ironunda Rex Danos, et an. 1642. Carolus I. Parlamentarios fudit.

30 Hamptonia Curia | Hampton-Court: | Regium palatium ad ripam Tamisis ii. miliaribus ad austrum à Londino è regione Regionolis | Kingston: | à Cardinali Wolsey | Wolsey: | Sub Henrico VIII. extruè ceptum ab eodem Rege continuatum, à Jacobo I. ampliatum, à Maria Regina reparatum, et à Wilhelmo III. cui locus omnino aridebat, magnis expensis ornatum. Quod si aedificium hoc aliquando ad perfectam Symmetriam perductum fuerit, tum Anglia gloriari poterit, se totius ferè Europa præstantissimum possidere palatium. In eo, præter lectiora cubicula, 1500. conclave sunt, tuosa ac magnifica suppellectili instructa numerantur, ut et 250 lectisternia pro hospitibus, quorum pleraque bombycina sunt.

40 Stana | Stanes, seu Stanæ: | ampla et populosa Civitas ad ripam Tamisis, qui ibi ponte jungitur, 15. miliaribus Angliis versus occidentem à Londino, in extrema occidentali Mittelsexia parte posita.

III.

17.

De Hartfordia.

Hartfordia seu Hartfordiensis Comitatus | Hartford, seu Hartford-Shire: | limites habet ad occidentem Bedfordien-lem et Buckinghamiensem Comitatus, ad Meridiem Mittelsexiam, ad orientem Essexiam propriam, et ad Septentrionem Cantabrigiensem Comitatum. Eius longitudo ab aquilone ad austrum est 27. iuxta miliarium Anglicorum, et latitudo ab ortu ad occasum 21. Speciosa et amœna provincia, necnon fertilissima, atque Anglia hostus plerumque dicta; quidam tamen de ea contrarium tuentur, atque aliis Anglia provinciis comparatam sterilem pronuntiant. Quisquid ea de re sit, certum est, quod frumento et pecoribus, quibus pasua abundè superbitat, fecunda sit, nec sufficienti lignatione careat. Siligo, hordeum, grana, qua conficienda cerivisia gratia seminantur, et caseus præcipuum sunt illius commercium. Ceterum profecto juvenilissima, et populosissima provincia est, in qua saluberrima spirat aura, unde permulti Nobiles et Mercatores huc ades voluptarias habent.

Veteres illius Incola Catienclani seu Cartinellani dicti sunt Trinobantibus vicini: Sub Heptarchia, partim Mercia, partim Ost-Anglia Regibus parebant. præcipui, qui hanc provinciam perflumant fluvio, sunt Lea, et Colnus | Coln. Hic recenseri dua Urbes merentur:

10. Hartfordia | Hartford, Harford, Haruford, et Hartford: |
Urbs sua vetustate celebris Caput provincie seu Comitatus, cui
et nomen tribuit, posita ad ripam Lea, 20. miliaribus ad
Aquilonem à Londino, cum castro ab Eduardo Seniore con-
structo, tres numerat parochiales Ecclesias. An. 670. hic
celebrata fuit Episcoporum Angliae Synodus. Ajunt Urbes
hanc antiquitus dictam fuisse Durobrivam, seu Durobrivas
Trinobantum.

20. Stanum S. Albani | St. Albans: | Urbs ad orientalem
Verlami | Ver: | fluvii ripam collocata 10. miliaribus ad
Africum ab Hartfordia, et 19. ad Aquilonem à Londino.
antiquitate fuit ex ruderibus et reliquiis veteris cujusdam Urbis
ad alteram Verlami ripam colli moliter ad ortum Icelini
opposita, moenibus obseptis firmissimis et palude magna
ex parte circumfusa; unde conjectura fuit, eam Casibel-
lini fuisse Oppidum Sylvis paludibusque munitum, quod
Caesar expugnavit. Eam Antoninus Verulamium, Tacitus
Verulamium, et Ptolomaeus Urolanium nuncupant à
praeterlabente Verlamo. Certe Verulamium Civitas
fuit Romanorum aetate percelebris, nulla autem re cele-
brior, quam quod civem sanctitate et fide in Christum sin-
gulari protulerit S. Albanum, qui, cum Diocletianus Chris-
tianam Religionem exquisitis suppliciis ex hominum me-
moriam delere moliretur, invicta animi constantia mortem
pro Christo primus in Britannia appetiit; unde Britannia
Protomartyr nuncupatur. Hic etiam an. 429. ac-
tum est Concilium, in quo Pelagiana haeres, quae Britan-
nicas Ecclesias macularat, damnata fuit; eidem interfu-
ere Germanus Antisiodorensis, et Lupus Treverensis
Episcopi huc ad refutandam hanc haeresim à Gallia vocati.

7 fuerit, Cum denique Verulamium variis bellis attritum, adeo, ut
praeter moenium fragmina nihil de eo remanserit, tum
Offa Rex Merciorum circa an. 793. ex ipsius regione in al-
tera Verlami ripa Monasterium amplissimum in S. Alba-
ni memoriam construxit, necnon eleganter dotavit, cujus
modi sola Ecclesia superest magnitudine, pulchritudine et
vetustate suspicienda; Statim etiam Oppidum seu Urbem
una surrexit, quae ejusdem S. Albani nomine vocata est.
Non procul ab ea Richardus Rex Boracensis an. 1455. Hen-
ricum VI. fudit ac cepit.

18.

S.V.

De Ost-Anglia

Ost-Anglia seu Anglia Orientalis, Anglis East-Angles,
Germanis Ost-Angeln, et Gallis Estanglie, nomen sor-
tita est ab iis Anglo-Saxonibus, quibus confirmata in Bri-
tannia legionibus septem gentilibus suorum Heptarchia
cepit in partem, quam proinde ab orientali Petri ipsius lin-
gua sua East-Angle-lic, id est, Orientalis Anglia Regnum

Dixerunt. Eam antiquitatis involvere Ieni veteres Britan-
 nia populi, à quibusdam perperam Tigeni, à Ptolemaeo cor-
 ruptius Simeni, et confuso vocabulo apud Casarem Ceni-
 qui, optime verò à Tacito Ieni vocati, quorum Rex Bra-
 retagus morti proximus à sua gente calamitatem, quam ei Ro-
 manos, à quibus ante annos tredecim profligata fuerat, post
 obitum suum illaturos, haud immerito suspicabatur, verso-
 rus Nerone Imperatorem scripsit legi. sui heredem, tali
 obsequio ratus regnum et domum suam procul injuria fore:
 at contra evenit: Ubi enim Romani rerum potiti fuere,
 tum divi exactionibus et injuriis Ieni vexati, bonis exuti,
 Boadicia seu Boudicca Brasnetagi vidua verberibus affecta
 et filia stupro violata sunt, et propinqui ejus velut man-
 cipia habiti. His contumeliis Ieni velut exuti Duce
 Boadicia ad arma convolant, statimque Romanos ad-
 riuntur, ac eorum 8000. interuisione delent, Camalodu-
 num Gloniam, et Verulamium Municipium caedunt,
 Legionem IX. fundunt, Catum Decianum Procuratorem
 fugant, donec tandem justo proelio à Paulino Sueto-
 nis fracti fuerunt: ipsa Boadicia invicta animi con-
 stantia hausto, quod Tacitus scribit, veneno, vel ut Dio
 memorat, morbo diem obit. Nulla deinceps apud Scriptores Ienorum mentio fit.

Ost Anglia limites habet ad orientem Mare germani-
 cum, ad meridiem Eflexiam, ad occidentem Merciam, et
 ad septentrionem demum Mare germanicum. Eius lon-
 gitudo ab ortu ad oceanum est circiter 80. miliarium An-
 glieorum, latitudo ab Aquilone ad austrum 55. ubere
 satis gleba, admodum lata hortorum, nemorumque amoc-
 nitate, gratissima ferarum venatione, insignis pasuis,
 pecorum et jumentorum non mediocriter fertilis est.
 Tribus exiguis continetur provinciis Cantabrigia scilicet,
 Suffolia, et Northfolia, quas singulatim expendiamus.

I.

De Cantabrigia.

Cantabrigia seu Comitatus Cantabrigiensis: Cambridge
 seu Cambridgeshire: confinis est ad septentrionem North-
 foliensi et Lincolniensi Comitatibus, ad orientem Suffolia,
 ad meridiem Eflexia, et ad occidentem Comitatu Hunding-
 toniensi. Eius ambitus est 130. miliarium Anglieorum.
 Usà: Ouse: fluvio ab occasu in ortum fluente in duas
 partes intersecatur. Inferior et australis, magis culta,
 magis consita, ideoque latior, non pestibrata plantis
 sed exigue plana, plurima imò tota, nisi qua coarctum
 copiose progignit, frumentariis jacet campis, hordiumque
 candidissimum affatim effundit, quo ad cerevisiam co-
 quendam utuntur incolae, maximoque questu in vicinas

regiones quod ex eo ipsis reliquum est, distrahunt. Ulterior et Septentrionalis pars, quod frequentibus fluminum aluvionibus paludescat, et in insulas dispergatur, non ita salubri gaudeat aura, nec fructu admodum dives est, et defectum hunc suppleant pasua uberissima, pecora, fera et pisces, quibus abundat. In ea recensetur

1. Cantabrigia: Cambridge et Cambridge:] Urbs totius provincie Metropolis, cui et nomen tribuit, quod ipsa à Camo [Cam:] fluvio, ad cuius ripam in paludinoso loco sedet, et ponte qui fluvium hunc jungit, habere videtur; Brige seu Bridge enim lingua Britannica pons est. Distat civiter aoven milibus Angliis ad austrum ab Ælia [Ely:] Inodiam ad Eurotum ab Huntingtonia, et 44. ad aquilonem à Londino. Veteres illam Camboritum seu Camboriam dixerunt. Sim pociqua fuit Romanorum Colonia, et una ex 28. civitatibus Britannia, modo quinta est post Londinam.

* Dubitant quidam, num Lucium primum in Britannia Christianum Regem ab huius Academia Professoribus, fidem Christi aditum fuisse, atque sub ipso Universitatis titulum proclaraque privilegia obtinuisse, vel ab ipso Lucio Rege, vel ab Eleuterio Papa, qui tunc rebus Ecclesie preerat, obtinuisse. Sunt qui velint, eam primum an. ante Christum natum 379. à Cantabro Hispano primum institutam, et à Sebeto Orientalium Anglorum Rege an. post Christum 630. restitutam fuisse; verum quid quid ea de re sit, antiquissimam esse nemo dubitat. Daniis proceribus subinde eversa diu neglecta jacent, donec sub Normannico imperio demum reflorescere coepit. Sexdecim ~~collegia~~ in ea numerantur Collegia, in quibus Scholares aluntur; eisdemque presunt decem Professores, qui Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Physicam, Mathematicam, linguas Hebraicam, Græcæ, et Arabicam docent. Amplam habet Bibliothecam selectis libris instructam, eam magnificè auxit Georgius I. Angliæ Rex, ubi et ad gradum Doctoris promoveri solent.

Habuit Academiam, in qua Romana et Britannica juvenis artes et scientias docebatur. Traditio est Lucii primum in Britannia Christianum Regem ab huius Academia Professoribus, fidem Christi aditum fuisse, atque sub ipso Universitatis titulum proclaraque privilegia obtinuisse, vel ab ipso Lucio Rege, vel ab Eleuterio Papa, qui tunc rebus Ecclesie preerat, obtinuisse. Sunt qui velint, eam primum an. ante Christum natum 379. à Cantabro Hispano primum institutam, et à Sebeto Orientalium Anglorum Rege an. post Christum 630. restitutam fuisse; verum quid quid ea de re sit, antiquissimam esse nemo dubitat. Daniis proceribus subinde eversa diu neglecta jacent, donec sub Normannico imperio demum reflorescere coepit. Sexdecim ~~collegia~~ in ea numerantur Collegia, in quibus Scholares aluntur; eisdemque presunt decem Professores, qui Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Physicam, Mathematicam, linguas Hebraicam, Græcæ, et Arabicam docent. Amplam habet Bibliothecam selectis libris instructam, eam magnificè auxit Georgius I. Angliæ Rex, ubi et ad gradum Doctoris promoveri solent.

Campus hic, ut jam dictum, ponte jungitur, ultra quem Castellum castrum amplum et vetustum adeo, ut sua fuita jam complere videatur. Cum Dani passim latrocinia agerent, sapienter Cantabrigia hibernarunt, et an. 1010. cum Sueno Danus omnino acerbissimo tyrannidis terrore opprimeret, totam iacundie misere deformarunt. Postea et circa hunc post medium sæculi XIII. in bello, quod Angliæ Barones adversus Henricum III. Regem gesserunt, plurimum Damni ab ipsis perpessa est, ad quorum dirptiones

cohibendas fossam altam ad Orientalem Urbis partem duxit Hen-
ricus.

20. Elia seu Helia |: Urbs cum Sede Episcopali sub Metro-
poli Cantuariensi in ejusdem locum nominis insula, quam
ursa |: Ouse | fluvius, alique efficiunt, loco paludoso et
insalubri posita 56. milliariibus Anglicis ad Aquilonem à
Londino, et 11. à Cantabrigia. Nec ampla est nec venusta,
nubumque in ea ornamentum nisi Eulisia Cathedralis à
pluribus Episcopis successivè constructa. Nomen loci
est à Monasterio huius ab Etheldritha, qua relicto viro
suo Egfrido Nortanbroorn Rege, cui secundo nupsit, huc ad
proprium padium veniens Deo servitura circa an. Chr. 673.
Devotissimis Virginibus Monasterium construxit, cui et ipsa
praesuit. Idem postmodum à Barbaris devastatum Ethel-
woldus Vintoniensis Episcopus restaurari curavit necnon
loci monialium Monachis Benedictinis tradidit incolendum,
quod et an. 1108. Paschalis Papa II. ad preces Henrici I. An-
glia Regis in Episcopatum crexit. Henricus VIII. ejectis
Monachis, Decanum et Babendarios induxit.

Insula vero, in qua haec urbs sita est, quod uliginosa ad-
modum sit, necnon Ursa et aliorum fluminum frequenti
inundatione obnoxia, frumenti adeo ferax non est, at
defectum hunc abundè faciunt pecora, fera et pisces;
ipsaque regio letissima est ac visu deora, multis decurren-
tibus fluvius irrigata, multis laevis magnis et parvis de-
picta, multis etiam Sylvis et insulis florida. Idius situ
et rerum affluentia freti quidam editio, nec solum An-
gli contra Wilhelmum primum Normannici Sanguinis Re-
gem, sed etiam Barones, quotiescunque proscriberentur, huc
se receperunt, atque inde Regibus negotium facesserunt,
verum infelici semper successu. Idius nomen quidam ab
Anquillis, quae Saxonice Elig dicuntur deducunt, unde etiam
nonnulli illam Anquillarum Insulam dixerunt, alii vero
à vocabulo Graeco Edos, quod paludem denotat, alii denique
ab Helig Britannico, quod salices significat, quarum
haec insula est feracissima, et à quibus hic et alibi corbes te-
xuntur.

II.

De Suffolcia.

20.

Suffolcia seu Suffolciensis Comitatus |: Suffolk Saxo-
nice Suthfole, et iuxta dialectum germanicam SudVolek,
id est, populus australis: | limites habet ad Orientem Marsa
Germanicum, ad meridiem Sturam |: Stoude: | fluvium, à
quo ab Essexia distaminatur, ad occidentem eundem flu-
vium et quemdam rivum, per quos à Cantabrigia distin-
guitur, et ad Septentrionem duos fluvios Uram mino-

rem : Waveniam (: Wavenay :) qui ex eodem quasi fonte
in diversa fluentes cum à Northfolia separant.

Provincia hæc longum quadratum in eorum Jasinens, seu,
si ita loqui libet, lunatam figuram exhibet. Maxima
ejus latitudo à Septentrione ad Meridiem est 25. Longitudo
ab oriente ad occiduum 45. et ambitus 140. miliarium Angli-
corum. Aura gaudet amœna, suavi, et salubri, si plagam
mari propinquam exiicias. Solum habet admodum pin-
que, utpote ex argilla et marga compositum, unde latissima
ubique arva, et uberima saginandis pecoribus pasua. Hæc
etiam casei magno numero conficiuntur, qui in omnes An-
glia partes magno cum Jnodarum commodo distrahun-
tur. Adhuc etiam multa carbasi et panni opificia.
Unica hui notari meretur Civitas, scilicet

Gippervium seu Usbium (: Ipswich seu Gippervich :)
Caput provincie sita in illius australi plaga versus orientem
loco depressiori, adeo ut ipsius oculus esse videatur, ad ripam
Orwella (: Orwell :) 20. circiter miliaribus Angliis ab eo loco,
ubi Stura (: Stour :) conjungitur et unâ in mare fluit, et 55.
ad Euro-Aquilonen-Mesem à Londino. Ante Danicam
inruptionem inter præcipuas Anglie Civitates locum obtine-
bat; at Barbari isti an. 991. illam et omnem maritimam
regionem tanta inhumanitate depradati sunt, ut Sincis Ar-
chiepiscopo Cantuariensi, et Anglie proceribus pacem ab illis
decem librarum milibus redimere neceßum fuerit; at novem
nondum elapsis annis denuo contra datam fidem inuentes
urbem hanc diriperunt non modo, sed et penitus exiderunt
relictis dentaxat quibusdam adificiorum horum rudibus tan-
quam inhumanitatis sue testimonis, at postmodum sub Nor-
mannorum imperio velut reviviscere visa est; sed cum tem-
porum injuria ad inclinatum et prope jacentem dejecta fuisset
fortunam, tandem sub Henrico VIII. Cardinalis Wolsey
(: Wolsey :) qui in ea ortum habuerat, illam denuo erexit et
pistinæ fortuna ac splendori restituit, adeo ut nunc magna
et ultra miliaria protensa sit, habitatorum multitudine
referta, templis quatuordecim ornata, plateis speciosis,
quas adeo sive publica sive private ample et magnifica
stipant excolta, necnon postea commodo instructa, præ-
ter magnificentum Collegium ab eodem Cardinali fundatum.

Cum Normanni Angliam occupassent Castellum in ea
erexerunt, quod sæculo XII. contra Stephanum unfructua-
rium Anglie Regem Hugo Bigodus Northfolia Comes ali-
quandiu propugnavit, sed demum dedit. Hoc nunc ita
disparuit, ut nec illius rudera supersint: illud Henricus II.
demolitus est, quod seditionis perfrugium esset, et ad hoc expo-
siti fuissent tria millia Glauvorum, quos circa an. 1171.
adversus illum evocaverant Anglie proceres, cum à Papa
Alexandro III. ob eadem S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi

à fidelium communionem remotus Henricum filium suum aequa potestate legem designasset, juvenisque regnandi cupiditate furens nefarium in patrem bellum indidisset. Commercium hic consistit praecipue in carbazo et pannis.

III.

De Norfolcia.

21.

Norfolcia seu Norfolcia: Norfolk, juxta modernam Dialectum germanicam NordVolck, id est, Borealis populus: provincia primum Comitatus dein Ducatus titulo decorata. Limites ejus sunt ad Orientem et Septentrionem mare apertum; ad Occidentem Usa: Duse: Major, per quam a Lincolnensi et Cantabrigiensi Comitatibus separatur; et ad Meridiem Usa minor et Wavenia: Waveney: à quibus distinguitur à Suffolcia. Eius longitudo ab ortu in occasum est 50. miliarium Anglicorum, latitudo à Septentrione ad Meridiem circiter 30.

Aër in ea paulò rigidus spirat, solinque ejusdem largitatis non ubique videtur esse, ita tamen ut quae ad vitam sunt necessaria ultro proferat. Adhuc enim paludes, cam-
pi inulti et arenosi, at etiam tellus argillosa, viciata, ^{et quae uno loco} ^{deficiunt, in aliis} ^{suppleantur.} agri parvi, arva, et Sylva; versus mare planum est, ac fumentum feracissimum, in Sylvis multa pecora educantur, domata oves et uniuersi replent; litus haecibus abundat, in quo et achates et ambarum interdum inveniuntur.

Præter memoratos fluvios, qui eadem sunt contigui, illam perflunt Garmyus seu Gariensis: Yare: et Thyronus: Thyron: Merces illius sunt fumentum, lana, mel, et crocus. Adhuc et quædam opificia textilium et trichialium ac contextorum.

Incola venustissimi, fraudulentissimi, et litigiosi audiunt, ac in jure municipali Anglicis versatissimi, adeo, ut ex infima plebe non pauci reperiantur, qui, si nihil sit litium, lites tamen ex juris apicibus severe calcant; unde omnia hic causidiciis bucciant, quorum usque 1500. numerantur, qui iudiciis plus negotii faciunt, quam integra tres aliae provinciae simul sumta, quo fit, ut plerique advocatum seu causidicum Norfolciensem patronum habere malint, quam sua causa contrarium et adversantem. Notantur hic sequentes Urbes

1.º Norwicium, Nordwicium, seu Ordovicium: Norwih, Nordwih, et Noordwih: Sedes Episcopalis Metropoli Cantuariensi subiecta, et Caput provinciae, cujus centrum occupat; per amoenos situ in collis dejectu sedet ad confluentem Winsderi: Winsder: et Gariensis: Yare: 48. miliaribus Anglicis ad Euro-Aquilonem à Cantabrigia, 69. ad Euro-notum à Lincolnia, et 90. ad Euro-Aquilonem à Londino.

Ex ruinis Ventae Icenorum excitata creditur. Saxonum
aetate Oct-Anglorum metropolis fuit. Sub Rege Ethelredo
Suaes Danus Angliam magnis copiis pervadens eam pri-
mum diripuit, et postea injecto igne succendit. Ubi ab
haec calamitate revixit adversus Wilhelmum Conquestorem
gravissimam ad extremam usque famem sustinuit obi-
dionem, cui se tandem dedit, tuncque haud parum
accisa est. Jam inde ex hoc infortuniorum diluvio se
paulatim recolligere coepit, at Herbertus Episcopus an.
Chr. 1088. Episcopalem Sedem Thetfordia huc transtulit,
Eclesiamque Cathedralam ad orientalem Urbis partem
admodum speciosam edificavit, praediis munificè locu-
pletavit, quo sexaginta Monachis alendis sufficerent.
His ejectis Henricus VIII. Decanum et Praebendarios substi-
tuit. Denum sub Eduardo VI. qui an. Chr. 1547. Hen-
rico Patri successit, Seditio à Wilhelmo Kett Corario Win-
thamiensi adversus Regni Praeresat Nobiles excitata ei

* Hujus Corarii si-
gnatibejorum et
rusticorum plus
quam 20000. se-
cuti sunt, qui
exemplo rustico-
rum germania
Proceribus et
Nobilibus subdi-
amplius note-
bant.

denis perniciem fecit: at ab Elisabetha Regina feliciter
restaurata fuit, adductis in eam Walonibus seu Belgo-
galis Calvinistis, qui à Duce de Alba tunc temporis Bel-
gii Praefecto ob religionem dire vexati in Angliam tran-
sugerant: Hi textilium Opificia instituerunt adeo
feliciter successu, ut 100000. librarum Sterlingarum quot-
annis referant, sicque Civitatem hanc celebrem effi-
ciant et opulentam.

Windhamium In ea 7000. aedes numerantur, et ad minimum 30000.
Oppidum est 4. animas, atque inter celeberrimas et maximas Anglia
milliaribus An- à meridie in Septentrionem 1500. passus protensa lati-
glicis ad Africum tudine vero dimidio minore; moenibus validis, in quibus
à Norwic ditans. crebra disposita turres et undecim porte, undique obsep-
ta nisi ad ortum, ubi flumen profundo alveo et pra-
cipitibus ripis eam defendit, elegantibus publicis
aque ac privatis aedificiis, triginta parochialibus Ecle-
siis, inter quas eminent Cathedralis SS. Trinitati dicata
cum proalto campanili ornata superbit. Ad sunt etiam
ruinera veteris Castri olim à Saxonibus extructi.

2^o. Jarmuthum |: Yarmuth, Hierimoth, Yermouth:|
Urbis cum titulo Comitatus posita ad ostium Garienis (|Ya-
re:|) à quo et nomen habet, 18. miliaribus ad ortum à Nor-
wic, cum optimis et praecipuis totius provinciae portu,
qui hujus littoris clavis est, et è quo semper patet in
Hollandiam trajetus. Creditur esse Veterum Gari-
annonum.

Cordius belliconus Saxis hic primum terram conscendit
at postquam Icenos gravi bello exornisset, nec locum, in
quo commode sedem figeret, invenisset, hinc in Ocinuas

Anglia plagas solent, ubi Occidentalium Saxonum Regnum instituit. Sub Joanne Rege circa an. Chr. 1140. Urbs haec moenibus circumdata est. Unicam habet Ecclesiam sed amplam et excelsam campanili conspicuam, ab Herberto Norwicensi Episcopo sub Wilhelmi ruffi regno constructam.

Cives non ita ab opibus fieri rei mercatoriae, et halsum capturae, quae in hac ora totius orbis est uberissima, graviter innumbunt, ac vix credibile videtur, quanta et quam frequentes mundina hic ad festum S. Michaelis habeantur, et quanta vis halsum aliorumque piscium distrahatur.

Ab anno 1740. Nobilis quaedam foemina Walmode nomine, Comes seu, ut vulgo ajunt, Comitissa Farnthensis nuncupatur: creditur regi sinistra, quod ajunt, manu iuxta, ut qua ei ubique praesens semper sit, aemulaque ex Anglia in Germaniam et Ducatum suum, vela facientem etiamnum comitatur.

3^o Walsinghamum seu Walsinghamia [Walsingham:] Urbs 20. miliaribusq. a Norwico, et 5. ad austrum a Mari po. q. ad caurum sita. Ob eorum, quem solum ejus profert celebris. Cum Catholica Religio in Anglia dominabatur, longè adhuc celebrior fuit peregrinatione et frequenti conuocum populi ad imaginem B. V. Mariae in capella quaedam inter duos fontes collocata expositam: at modo et post susceptam in Anglia Religionem Protestantium, apud quos B. V. Mariae et aliorum Sanctorum in Coelis cum Christo regnantium cultus et invocatio Superstitionem in idolorum adolatorem redoleat, haec omnia disparere.

4^o Linum Regis [Lin, Lyn, Lynne, Linn, Linne, Lin-Regis, Lyn-Regis:] Urbs loco uliginoso ad ostium Urae [Ure:] posita 18. miliaribus ad Africum a Walsinghamo, cum amplo, tuto, commodo, et aditu facilissimo portu. Amplacst, opulenta, et civibus frequens; moenibusque, lata fossa, et duobus propugnaculis munita; ac binis exquis fluviois, quos ultra quinque pontes contegunt divisa.

Nomen forte sortita est à diffusis aquis, hoc enim Lynn Britannis denotat. Ex ruinis vetustioris ejusdem nominis Urbis, qua alteram fluminis ripam occupabat, civitatis perhibetur. Initis Linum Episcopi nuncupata fuit, quia solum, in quo ipsa sedet, ad Norwicensem Episcopatum pertinet, quod nomen retinuit usque ad Henrici III. tempora, tunc enim Linum Regis vocari coepit.

Amplissimis immunitatibus et privilegiis à Joanne Rege donata fuit una et gladio suo, qui Urbis Praetori praeferebatur, atque cyatho inaurato, qui adhuc superest, quod adversus Heredes et Ludovicum Franciae Delphinum, quem

Saxonia
et Ethelred
s. com. pr.
t. Ubi ad
Congregatio
tinuit de
and par
Bilvius de
Episcopus
u transit
vris part
nificia
ufficerit
Davies de
lo. 1597.
vriano
vitate
ma foli
eu Belg
impor
ngliam
unt ad
arum p
laborem
mun
Ange
longior
sa late
in quib
na obse
o et pa
Bleis
Eale-
dicata
t etiam
morte
iensis
um à
portu
let in
Gen
msecu
ium, m
andus

o.
6.
r.
m.
i.
i.
e.
e.
o.
6.
i.
i.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.

hi in Angliam accesserant, è partibus ipsius statisset. At
anno 1216. hinc Lincolnia paludes adversus Groves et
Delphinum dimicatorum trajiceret, in transitu hoc omnes
thesauros suos et sarcinas amisit, ac brevi post vitam ipsam
19. octobris ejusdem anni pro morore extinctus; tum Cives
iura et privilegia suis seiderunt, qua tamen an. 1221. ab
Henrico III. Joannis demortui filio iterum obtinuerunt
et sanguine suo redemerunt ejus signa contra proscriptos Ba-
rones scuti. In bello intestino Urbs haec multa adver-
sa passa est.

§. Thetfordia | Thetford, Thetfort, et Thedfort, quod ex
Saxonico latine redditum idem est, ac vadum Theti: | Urbs
sita ad usam minorem ubi Thetus | Thet: | fluvius è Suffol-
ia confluit, in confiniis Suffolice loco uliginoso, 23. milia-
ribus ad austrum à Lino Regis. Sitomagus ab Antonino
nuncupatur, quod idem est ac Urbs ad Situm | Sit: | Magus
enim, ut auctor est Plinius, Britannicè Urbem significat,
Situs vero | Sit: | videtur fuisse fluvius, qui nunc Thetus
| Thet: | dicitur. Saxonice eam Theotford seu Thetford,
id est, Theti vadum vocavere, ford enim, quod nunc ger-
manicè furt dicitur, vadum significat; nomenque istud
hactenus retinuit, ex quo latinis Thetfordia nuncupata
fuit.

Haec nunc est habitatoribus, licet satis ampla, olim vero
frequens et celebrata; prater alia vetustatis indicia mo-
lem ostendit in magnam altitudinem aggestam, dupli-
cique vado munitam, et moenibus, ut ferunt, olim firma-
tam, quam Romanorum opus fuisse credunt nonnulli,
vel Saxoniconum Regum, ut volunt alii, sub quibus longo
tempore fuit florentissima. Sed Sueni Dani rabie, qui an.
1004. eam igni dedit, et sexto post anno novo Danorum fu-
rore direpta dignitatem amisit omnem. Ad quam
restituendam Arfartus Episcopus Sedem Episcopalem Elm-

* Elmhamum seu
Elmhamum
vicius est Norri-
um inter et Ga-
kenhamum posi-
tus.

hamis huc transtulit, et Guilielmus ejus successor ad eam
enormandam nihil non fecit; verum cum Herbertus seu He-
rbertus cognomento Loringa Cathedram hinc Norvicum
deportasset, prout jam supra memoravimus, quasi confecta
iterum elanguit. ~~Episcopus albertus de Loringa, quod dicitur
vixisse, Episcopus albertus de Loringa, quod dicitur~~ Tunc maxima
pars urbis, quae in citeriori ripa fuerat, paulatim concidit,
altera pars etiam multum deorsum; attamen adhuc in ea
numerata fuerunt Septem Tempia, et tria Monasteria,
sed haec sub Henrico VIII. disparuere.

27.

§VI.

De Mercia.

Mercia maxima totius Angliæ provincia, limites
habet ad Septentrionem Northumbriam, ad Occiden-

tem Wallia Ducatum, ad meridiem Westhiam, et ad orientem Essexiam, Ost-Angliam, et Mare germanicum.

Olim et sub Saxonibus præcipuum fuit Heptarchia regnum, quod in suo situ Media Anglia seu mediterraneorum Anglorum Regnum apud veteres scriptum legitur, quod totius Angliæ medietudinem occupare videatur. Interdum Indolæ ejus Meridionales Humberi: | Sud-Humbros: | dicti fuerunt, quod eorum Regis ad meridionalem Humberi ripam poneretur. Verum communiter Regnum hoc seu provincia Meria nuncupatur, à vocabulo Saxonico March, quod nunc March scribitur, quod idem est ac terminus, quandoquidem tribus magnis fluminibus nempe Humbero ad Septentrionem, Sabrina | Severone: | versus occidentem, et Tamisi versus Meridiem terminatur.

Regnum istud, quod in Heptarchia Saxonica pulcherrimum et spectatissimum erat, speciales habuit Reges usque ad an. Chr. 827. quo Egbertus Westsaxia Rex idud occupavit, atque provinciam fecit.

Merii primum 50. post Cantianos annis scilicet circa an. 643. fidei Christi suscepit sub Rege Beada, cui Oxvi Northumbria Rex Alfredam filiam suam nuptiis tradidit ea conditione ut Christianam amplecteretur Religionem. Ubi vero Wolphers Princeps Ethnicus an. 659. Regnum hoc adeptus est, dicit Christianos persecutus est, at brevi post ipse factus Christianus nunc eos colere coepit.

Ampla hujus provincia longitudo maxima ab Oriente in occidentem est circiter 145. miliarium Anglicorum latitudo 135. Per multi fluvii illam irrigant, quos, ~~omnes~~ singulos ejus Comitatus seu minores provincias expendent, recensabimus. Hujusmodi Comitatus seu Minores provincia in ea octodecim numerantur, quos hoc ordine dispositos: 1º Comitatus Huntingtoniensis. 2º Northantoniensis. 3º Bedfordiensis. 4º Buckinghamiensis. 5º Oxoniensis. 6º Warvicensis. 7º Glocestriensis. 8º Monumetensis. 9º Herfordiensis. 10º Wigorniensis. 11º Salopiensis. 12º Staffordiensis. 13º Cestriensis. 14º Darbiensis. 15º Northingamiensis. 16º Liestriensis. 17º Rutlandia: et 18º Comitatus Lincolnensis. De quibus singulis articulis differendum nobis est.

I.

De Comitatu Huntingtoniensi.

Comitatus Huntingtoniensis ¶: Huntingdonshire, seu Huntingtongshire: | limites habet ad Septentrio-

nam et occidentem Northantoniensem Comitatum, ad Meri-
 diem Comitatum Bedfordiensem, et ad orientem Comitatum
 Cantabrigiensem et Avonam fluvium. Eius ambitus
 est 67. miliarium Anglicorum. Olim totus sibi ob-
 situs erat, proinde ad venationem aptissimus, quare et
 Huntingthonschire, id est venatorum Comitatus nuncupatus
 fuit: modo autem satis apertus est; ad Euro-Aquilonem
 palustris est sed pascuis uberrimus: meridionalem par-
 tem Usa fluvius adluit ac floribus vestit. Ubique fore
 celticum formentum abunde profertur, et pabulum abunde
 proferturum aptitudine, et nemorum opacitate amoenifi-
 mus est. A multis fluminibus irrigatur, quorum prae-
 cipuus est Usa. Romanorum etate incolae habuit
 Henicos. Hic solummodo notatur

Huntingtonia s; Huntington seu Huntingdon, et Hun-
 dington: Urbs editiori loco ad septentrionalem Usa ripam
 posita 48. miliaribus ad Aquilonem a Londino, Caput Comi-
 tatus, cui et nomen contulit. Quidam Hunters-Dune eam
 nuncupant, quod idem est ac Mons Venatorum, unde La-
 tinum, seu potius Latino-Celticum seu Britannicum aliud illi-
 us nomen Venantodunum. Amoenitas Civitas et tam li-
 tus fulgore, quam sui decore, tam paludum vicinitate, quam
 ferarum et piscium fertilitate vicinis oppidis longe praeemi-
 nens. Olim aedes magna et populosa erat, ut in ea 15
 parva numerarentur, quae modo ad quatuor, vel, ut alii
 placent, ad duas dumtaxat reducta sunt. Monasterium
 etiam habuit a Matilde Augusta et Eustatio Lovetoft
 fundatum, cuius rudera ad orientalem urbis partem adhuc
 supersunt. Ad flumen prope pontem ex lapide vivo
 speciosum moles et Area Castri cernitur, quod anno repa-
 ratae salutis 917. Eduardus Senior instauravit; David Scotus
 cui Stephanum Rex urbem hanc ceperat, multis operibus
 adornavit; postmodum vero Henricus II. solo, quod, perfugi-
 um seditiosis fuisset, adaequavit. Satis frequens, sed imbi-
 gemum dumtaxat, in ea viget commercium. Satis
 populosa est, ac per illam saepius viatores transiunt.
 Titulo Comitatus gaudet.

24. *Obit*

II.

De Northantonia Comitatu.

Northantonia seu Northantoniensis Comitatus
 s; Northamptonshire: Longa est sed arcta regio ab
 ortu versus meridiem protenta, variisque Comitatus
 adiacens, nimirum ad septentrionem Lincolnensi, Lices-
 triensi, et Rutlandiae; ad occidentem Warwicensi; ad
 meridiem Bedfordiensi et Oxoniensi; et ad orientem Can-
 tabrigiensi et Huntingtoniensi. Eius longitudo est 46.
 et latitudo 20. miliarium Anglicorum. Veteres idius
 Incolae a Romanis dicti sunt Coritani.

Una est ex praecipuis Angliae provinciis; aere gaudet salu-
 berrimo, campastris, habitatissima, et Nobilium viciis

exultissima, soli admodum ditis live arva, live parva consi-
derantur, silvis tamen nisi in ulteriori et citiori parte
minis leta, ubique vero ovibus oppleta et quasi obfusa.

Præter Usam, Velandum [Welande] Ausernam, [Nyne
Nen Nigen] et Chavelium [Charvel seu Cherevel] qui in
sa hauriunt, alii adhuc minores fluvii illam irrigant, nec
parum ad illius conferunt fertilitatem. Merces, quarum
hic præcipue negotiatis præcipua est, sunt herba, frumen-
tum, pecora, columba, et vitrum. Fontes quoque
Wellinburgenses [Wellinborough] propter medicinalem
virtutem suam multum celebrantur. Notatur hic

1^o Northantonia, seu Antona Septentrionalis, item Comu-
dolamm [Northampton seu Northampton] Urbs ad septen-
trionalem Ausoniam seu Angoniam [Nen seu Nyne] ubi alter
fluvius in idum fluit, loco; munda posita 55. Miliari-
bus Anglicis ad Cantum à Londino, Caput Comitatus, cui
et nomen tribuit. Quidam arbitrantur eam esse Antoni-
ni Benaventum seu Benaventam. Tota è Saxo construc-
ta fuisse videtur; ampla satis est et moenibus inclusa, è
quibus spatiosa planities circumquaque oculis subjicitur.
Ad oceanum Castellum habet vetustum, cui ipsa vetustas
decori est.

In Daniis depravationibus miseriam illius meminere
Scriptores, nisi quod, cum Sueno Danus impotenti et
effrato animo per Angliam immansissime saviret,
inposito igne deflagavit. An. 1695. 3. Septembris

eodem oppressa infortunio in cineres abiit, at brevi post
multorum benivolentia pulchrior et angus-
tior quam antea revixit. Reges in ea, quod in Anglia
quasi medullis sedent, Comitata Parlamentaria interdum
habere. Anno Chr. 1460. luctuosum vidit proelium
quo, dirupta per Seditonem Anglia, Richardus Nevillus
Warvicensis Comes Henricum VI. Regem captivum abdu-
xit.

olim fuit Sedes Episcopalis, quam Radulphus an. 908.
primus tenuit, postmodum autem, cum Butta illius suc-
cessor in suo ad Creditonam seu Cridantiam [Kilton]
itinere trucidatus fuisset, an. 932. Creditonam, et an.
1049. inde Exoniam [Exeter] translata fuit. Fre-
quens hic est corii negotiatio.

2^o Petriburgus seu Petropolis [Peterborough seu Pe-
terborow] Urbs sita ad ripam Angoniam seu Ausoniam [Nyne
seu Nen] 32. miliaribus ad Exoniam à Northantonia Euro-
aquilonem à Northantonia, et 18. ad Aquilonem ab Ham-
dingtonia, in confinis Comitatum Cantabrigiensis et
Hundingtoniensis. Non admodum salubri fruitur
aera, nec frequens est illius commercium.

Olim oppidum fuit Medes-Wall-Hamstead seu Medes-Ham-
stead nuncupatum ab eisdem nominis oragine, quo me-
 dium annis occupat: at postquam Abbas Kenulphus
 illud muris cingi fecit, tum urbs factum est, quae à castri
 seu, ut ajunt, Burgi similitudine et Monasterio longe
 celebratissimo ibidem in honorem S. Petri constructo Pe-
triburgus vocata fuit. Monasterium hoc Beada, fi-
 lius Beada, qui primus Christianus Merciorum Rex fuit,
 ad propagandam Christianam Religionem an. salutis 656.
 extirpare coepit, nec morte preventus perficere potuit; ei-
 dem successit Wolpheus frater à Christiana Religione ave-
 rsissimus, quemque genuit Wolphardum et Rufinum filios,
 quod Christo se addixissent, barbara immanitate trucidati.
 at ipse paucis post annis Christianam Religionem ample-
 xus, ut hanc suam impietatem pio quodam opere elueret,
 huic Monasterio à fratre incepto manum admovit, illud-
 que an. 663. perfecit, et S. Petro consecravit, nonnō Sex-
 wulsum vicum admodum pium primum idius Abbatem
 constituit. Floruit deinceps hoc Monasterium magna
 sanctitatis opinione annos circiter 214. minimum usque
 ad gravissima illa Danica devastationis tempora; tunc
 enim Monachi interfecti, et Monasterium funditus ever-
 sum suis ruderibus velut inhumatum diu jacuit. tandem
 circa an. 960. Ethelwoldus Episcopus Vintoniensis illud res-
 taurare coepit auxiliis imprimis Eadgari Regis, et Adulphi
 Regis Cancellarii, qui poenitentia ductus, quod filiolus,
 quem unicum habuit, ab eo et uxorē in somno suffocatus
 fuisset, universas opes ad instaurationem hujus Monas-
 terii effudit, mundo valedixit, et idius factus est Abbas.
 Jam inde multis opibus, et magnis privilegiis celeberr-
 mum fuit usque ad Henrici VIII. tempora, tunc enim Rex
 ite extubatis Monachis Praebendarios huic constituit et
 Episcopum, qui huic Comitatu et vicinis Rutlandiae à juris-
 dictione Episcopi Lincolnianensis avulsis praesert. Eule-
 siam habet Cathedralē, cujus pars occidua omnes Angliae
 Eulesiae splendore superat. Inca an. 1587. Corpus Mariae
 Scotorum Reginae, juxta Elisabetha Angliae Reginae Capite-
 truncata inhumatum permansit usque ad an. 1612. quo
 juxta Jacobo VI. ejus filii Westmonasterium ad Regem An-
 gliae sepulturam translatum est.

25. 1770.

III.

De Comitatu Bedfordiensi.

Comitatus Bedfordiensis | Bedfordshire: | conjungitur ad Sep-
 tentrionem Comitatus Huntingtoniensi et Northantoniensi,
 ad occidentem partem eidem Northantoniensi, postquam Buckin-
 gamiensi, ad meridiem partem Northantoniensi partem Hunt-
 fordensi, et ad orientem iterum Hertfordiensi et Cantabri-
 gien: Eius ambitus est 73. miliarium Anglicorum.

Ab Usa interfluente in duas partes, scilicet, sua Septentrio-
nem spectat fertilior est et nemorosa: pars ejus australis,
que multo major est, solum habet tenuius, sed non omnino
ingratum, hordeum enim planum album et crispum affa-
tim profundit. In medio silvis non nihil densus est, sed ad
ortum magis siticulosus et arboribus nudus. Notatur in co-

1^o Bedfordia, seu Lactodurum: Bedford, Saxonice Bedan-
ford: Urbs Caput Comitatus, à qua nomen ipse traxit, posita
ad Usam fluvium, qui eam in duas partes difficiat ita, ut due
civitates viderentur, nisi ponte lanes committerentur, 24.
miliaribus ad Lutoniam à Cantabrigia, et 38. ad Boream
à Londino. Situs amoenitate et sua vetustate magis
quam elegantia aut amplitudine predicanda. Illius sub
Lactoduri nomine non semel meminit Antoninus. Quin-
que in ea numerantur Ecclesie. Celebrem esse con-
tum praelium, quo circa an. 570. vel 572. Cuthulphus Saxo-
Britannos fugit. ad ipsius muros olim Capella fuit,
in qua Offa potentissimus Meriorum Rex sepeliri voluit,
quam subinde una cum hujus Principis tumulo Usa, cum inci-
tator et sublimior ferretur elusione abripuit. Dani-
cis bellis prostratam hanc Urbem Eduardus Senior repava-
vit. Titulo Comitatus decoratur.

2^o Dunstabulum: Dunstable: Urbs seu Oppidum posi-
tum supra collem in confinis Comitatus Buckinghamiensis
loco arido 16. miliaribus ad austrum à Bedfordia, 25. ad Lu-
ro-aquilonem messem ab Oxonia, et 30. ad Camum à Londino.
Nomen habere dicitur à quodam latrone Dun nomine,
qui hic latibulum habuit; quidquid ea de re sit, velut com-
pestum habetur, Henricum I. Oppidum hoc stansisse, et ad
latronum, qui hic viam obvidebant, reprimendam audaciam
in eo coloniam collocasse, necnon in illius ornamentum Eula-
siam et Monasterium fundasse pro Canonice Regularibus.

In hoc Oppido conu visitur Anglia, Castilia, et Bantivi in-
signibus exornata, quam Eduardus I. in Eleonora Lincolnia
à vivis sublata conjugis memoriam, aliasque nonnullas po-
suit, quamque ejus funus exequiali pompa Westmonas-
terium deduxit.

IV.

26.

De Comitatu Buckinghamensi.

Comitatus Buckinghamensis: Buckinghamshire: à
fagis, quas Saxones Bucken, modo autem germani Buchen
vocant, et quarum ipse feracissimus est, nomen habere vi-
detur. Limes ejus sunt ad ortum Comitatus Bedfordi-
ensis, ad austrum Barcheria, ad orientem Comitatus Oxo-
niensis, et ad aquilonem Northantoniensis. In duas
partes dividitur, quarum una ad meridiem montana

est seu potius collina | Chiltern Saxonice Cylytern | alte-
ra huic subiecta ad Septentrionem Vallis | The Val | dicitur.
Longitudo ejus est 40. latitudo 18. miliarium Anglicorum.
Aera gaudet salubri, Sologna est passim uberi, incolis re-
fertissima, qui rei pecuariae imprimis navant operam; mul-
tas alit oves, quarum lana magni aestimatur. Veteres illius
incola dicuntur fuisse Catticuchlani. Notatur hic duntaxat

Buckinghamia seu Neomagus | Buckingham | Urbs cum
titulo Comitatus Caput provinciae ad sinistram usq. tribus la-
pideis pontibus instructa ripam, 44. miliaribus Anglicis ad
causum à Londino. An. 919. Edwardus Senior contra
Danorum irruptiones eam vado et turribus munivit.

27. 372.

V.

De Comitatu Oxoniensi.

Comitatus Oxoniensis | Oxfordshire | conjungitur ad oc-
casum Comitatus gloucestriensi, ad meridiem Barchoniae,
ad ortum Comitatus Buckinghamiensi, et ad Septentrionem
ubi quasi in eum desinit, Warvicensi et Northamptonien-
si Comitatibus. Chiltern collibus à Buckinghamiensi Comita-
tu, et Isid fluvio à Barchonia & Eius longitudo à Septen-
trione ad meridiem est 40. latitudo ab oriente ad occiden-
tem 20. miliarium Anglicorum. Regio aere gaudens

q. separatur.

amoenissimo, fertilis et opima, plana ejus arvis et pa-
tis exulta sunt, colles crebris silvis obsepi, nec frugibus
tantum sed pecoribus et omni genere animantium, qua
venatu et aucupio capi solent, ubique referta, fluvius
etiam piscosis passim iniqua: Si sunt Cherwellus | Cher-
well | Isis, Tamesis, qui ubi in eum Isis influit, Tamesis
seu Tamisis nuncupatur, Ewelodus | Ewelode | et Windru-
sia | Windrush | Veteres illius incolae à Romanis Do-
bini nuncupati fuerunt. Hic recenseri meretur

1.º Oxonia seu Oxonium | Oxford, Oxforth, Oxfurt, Oxon,
et Ochsenfurt | Civitas posita in campestri planitie ad
confluentem Isidis et Cherwelli 18. miliaribus Anglicis ad
Euronotum à Buckinghamia, 47. à Londino, et 54. à Can-
tabrigia. Caput provinciae cui et nomen tribuit, cum Seda
Episcopoli Metropoli Cantuariensi subiecta, et Universitate
totis orbe celebrissima, ac inter omnes Europa Universita-
tes post Barisensem prima.

Sunt, qui velint, Civitatem hanc à Rege Britannico
Mempricio 1000. annis ante Christum excitatam fuisse, ac
nomine hoc Caer-Mempric dictam. Verum quodcumque
denum Britannicis temporibus nomen illius fuerit, Saxo-
nes illam Oxenford, à bono vado videntur nuncupasse,
quo etiam sensu Britannicis Rhydychen dicitur. Alii ta-
men hoc illius nomen ab Ous fluvio, qui latine Isis voca-
tur, deducunt, et Ousford, id est, Isidis vadam nomina-
tam fuisse arbitrantur; conjecturam hanc probabilem

efficiunt parva insula, quas Isis et Chenellus ibidem efformant, Ousey nuncupata, quod nomen postea in Oxford contractum fuit.

Ampla est et habitatoribus frequentissima, necnon sive privatorum aedificiorum elegantiam, sive publicorum dignitatem, sive sibi salubritatem et amoenitatem Spectes egregia et nitida; planitiem enim, cuius medium velut ipsa occupat, obvallant nemorosi colles, ut hinc pestilenti austro, illinc tempestuoso Zephyro exclusis tantum serenantem eorum, et Aquilonem corruptionis vindicam admittant; unde ab hoc grato sibi Bellesitum seu Belositum quondam ditam fuisse produnt Scriptores.

In ea tredecim numerantur parochiales Ecclesiae. Sedem illius Episcopalem an. 1541. crevit Henricus VIII. atque amborum Monasteriorum Abingtoniensis et Osniensis ab ipso extinctorum redditibus dotavit.

At longe celeberrimam efficit famosa Universitas, quae inter quatuor praecipuas et olim jam celebratissimas totius Europae Universitates locum secundum obtinuit; ea autem hoc ordine memorantur: Parisiensis, Oxoniensis, Bononiensis, et Salmanticensis.

Fundata dicitur circa an. chr. 879. ab Alfredo Westsaxonum Rege Principe litterarum scientia cultissimo, et saluberrimis privilegiis munita, quae Marinus I. alias Martinus II. Papa an. chr. 882. vel 883. confirmavit. Octodecim in ea numerantur Collegia, in quibus interdum usque triginta Studiosorum milia demorantur sine enim eis licitum est privatas civium aedes habitare: illorum usque mille ibidem in vita et amitu aliisque sibi necessariis gratis sustentantur. Quodlibet Collegium habet suam Ecclesiam, Bibliothecam, hortum, Specialesque in omnibus facultatibus et Scientiis Professores, adeo ut singula singula Universitates esse videantur. Inter Bibliothecas ad publicum Studiosorum et aliorum usum destinatas eminet ea, quae a Thoma Bodlejo s. Bodley Equite auro viro eruditissimo et Studiosorum promotore ferventissimo fundatore suo Bodlejana dicitur, eam ipse propriis sumptibus condidit et creavit an. 1597. necnon exquisitissimis ex Graecia, Hispania, Italia, et Germania advectis libris ornavit, quibus alii litterarum cultores eximii varia Mss. Graeca, et Orientalia addiderunt. In illa etiam observatur Eius idem, quem Summus Pontifex Henricus VIII. postquam adversus Lutherum scripserat, una cum titulo Defensoris fidei transmisit.

Sub huius magnifici aedificii tecto visitur Museum anatomicum, in qua varia ac permulta rara exhibentur.

Hinc Bibliotheca ad castrum conspicitur Theatrum Sheldonianum, a Gilberto Sheldon illius fundatore

5
34
sic dictum; ibi ipse intra quinque annorum spatium, ab an.
videlicet 1668. usque ad an. 1670. propriis 16000. librarum Ster-
lingarum expensis construxit: ibi inter alia rara et selecta
visuntur Marmora Arundeliana illa ultra 130. quorum
supra S. 2. n. II. 3. meminimus.

Adest etiam Binawthea, præstans ædificium, quod
quamvis Academia sumptibus intra quatuor annorum spa-
tium ab anno scilicet 1679. usque ad an. 1683. extructum
fuerit, nihilominus Museum Ashmoleanum nuncupa-
tur ab Elia Ashmoleo | Ashmole: | viro Nobili ac celeberrimo,
quod ille eandem multis pretiosis, raris, et curiosis decora-
vit et auerit. Inter alia ibi ostenditur effigies viri,
qui ætatem ad 152. annos perdunt. Henrici VI. Regis
cuna ferrea. S. Augustini Anglorum Apostoli pedum
pastorale. Multa Hieroglyphica, aliisque Antiquita-
tes Aegyptiacæ.

2. Woodstock, Vudstock, New Woodstock, Saxonice Tude-
stor, id est, locus Silvestris. Urbs sita ad ripam Evenodi
68. miliaribus Angliis ad Cantum à Londino. Henricus I.
in ea ædes regias magnificentia plenas extruxit, quibus
vivarium amplissimum Saxo muro incinctum adiunxit,
quod primum in Anglia fuisse dicunt: hæc ædes, postmodum
Henricus II. ampliavit, atque in eis labyrinthum multis
ambagibus, circum et reversu inexplicabili, in quo Roisium
dam Cliffordiam conubinam suam Regina occultaret, in-
ædificavit, qui tamen hodie nusquam apparet. In
bedis intestino sub Carolo I. regia hæc caesa fuit. In
ea natus perhibetur an. 1330. fortis et animosus Princeps Eduar-
dus Eduardi III. Regis Angliæ filius cognomento Niger, qui
19. Sept. an. 1356. Quodcum tantum millibus militum stipatus
prope Bictarium quinquaginta Galorum milia profliga-
vit capto etiamnum ipsorum Rege Joanne. Hic etiam
Elisabetha Regina à sua sorore Maria an. 1555. custodia
inclusa fuit, donec Londinum seduta, ibidem Turrim
Magnam pro carcere habuit. In hac Urbe olim
Ethelredus Rex Ordinum conventum celebravit, in eoque
leges tulit.

Anno 1705. Anna Regina, consentiente Parlamento,
urbem hanc à Corona, ad quam spectabat, avulsit, et
Marlberga | Marlborough: | Ducis ~~ædit~~ in præmium Sta-
tui præstitorum officiorum præsertim in prælio prope
Blindheim seu Bleinheim in Suevia cum Galis iuncto ces-
sit in proprietatem, ubi ipse in huius prælii memoriam
superbum excitavit palatium, cui nomen Blindheim-
seu Bleinheim House, indidit.

VI.
De Comitatu Varricensi

288. 28.

Comitatus Varricensis seu Varricensis | Warwickshire: |
 limites habet, ad ortum Northamptoniensem, ad meridiem
 Oxoniensem et Glocestriensem, ad Occidentem Wigornien-
 sem, et ad Septentrionem et mesem Leicestriensem Comi-
 tatus. Longitudo ejus ab Aquilone ad Austrum est
 33. seu, ut quidam volunt 40. et Latitudo 30. vel 35. juxta
 alios, miliarium Anglicorum. In duas partes distingui-
 tur, in campestram Geldon, et nemorosam, Wood-
 land, quas Avona flumen obliquè per mediam re-
 gionem ab ortu astivo in occasum brumalem de-
 fluens quodammodo sejungit. Iuxta cis Avonam ad
 austrum ortus fragibus et virenti gramine admodum fer-
~~ax~~ jacet Campestris dicitur, atque fragibus et viren-
 ti gramine admodum lata est: Nemorosa vero trans
 Avonam ad septentrionem spatio multo majori expan-
 ditur, totaque nemoribus infecta, nec tamen sine
 pasuis, et variis feni venis est; antiquitus Arden
 dicta fuit quod nomen prisce Britannis et Gallis Sil-
vam significasse videtur, unde magna illa Gallia
Belgica, qua modo à Theodonis villa | Thionville: |
Leodium | Liege, Luticif: | usque protenditur, adhuc ho-
 die Ardenna | Ardennes: | nuncupatur. Adhuc
 etiam copiosa carbonum bituminosorum fodina.
 Item ad ripam Avonae non procul ab ortis Serivetur-
 ni | Serivetur: | fluvii tres decurrunt aluminis fon-
 tes, coloris et saporis lac refert, quorum aqua colo-
 re et sapore lac refert, nec non calculo medetur, et
 vulnera sanat. Anno 749. in hoc Comitatu
 seu provincia propè Secandum | Darkington: | Cu-
 thedus West-Saxonum Rex Ethelbaldum Merciorum
 Regem fudit, et an. 8642. propè Edgemontem | Ed-
 gettle: | Carolus I. Parlamentarios sub Ephenia Comi-
 te. Provinciam hanc Cornarios ~~antiquitus~~ olim
 tenuisse, auctor est Plinius. Notatur hæc.
 10 Varricum, Verriacum, et Verovicum | Wat-
 Wick: | urbs antiqua, Caput provincie, cui et nomen
 impertitur, supra collem posita ad ripam Avonae fluvii
 specioso ponte lapideo instructa, 68. vel 70. miliaribus
 Anglicis ad Caerum à Londino. Saxones eam Wa-
 ring-Wic nuncuparunt, veteres Britanni vero Caer-
 quovic, et Caer Leon, qua nomina omnia, cum à
quarth Britannica dictione, qua Prasidium significat,
 profluant, quodammodo persuadent, eam à Romanis
 conditam, et à valido, quod in ea posuerunt, militum prasidio
Prasidium dictam fuisse. Mœdibus et fossis munitam fuisse
 vel ex opportuno ipsius situ apparet, enimvero Avonae

flumini rive satis praerupta innuinet, et omnes ad eam adi-
tus ex ipso saxo sunt effossi; at jam à longo tempore mu-
nimentis vacuam magnificum Castrum à Rogerio War-
wicensi Conite circa an. 1618. magnis sumptibus refectum
quodammodo protegere videtur. Castrum satis am-
pla est ac concinna, necnon plateis longis et aedificiis
speciosis, Collegio, ac quibusdam Templis, inter quae eminet
illud, quod B. V. Maria dicitur, duabusque parochiis exor-
nata. Titulo Comitatus etiam gaudet.

20. Conventria | Coventry, Coventri: | Urbs sita in
collis termino ad fluvium Scherburn, qui non procul ab
ea Avona immergitur. 74. miliaribus Angliis à Lon-
dino. Nomen sortita est à Monasterio seu Con-
ventu, qui Anglice Covent dicitur, ibidem à Canuto Dani-
co Rege fundato. Antiquissimum Monasterium Conventus fuit,
quem postmodum magnifice restauratum et conditum
Leoterius | Leotrith: | Merca Comes Monachis tradidit
incolendum. Monasterium istud subinde reditibus
adeo auctum est, ut an. 1090. Limseyus | Limsey: | Episco-
pus Lichtenfeldensis, quod illorum particeps fieret, sedem
suam huc transtulerit, quae tamen 100. post annis Se-
nno Lichtenfeldam remigravit sub Hugone Norantio | No-
rant: | Antistite, ea tamen ratione, ut unus idemque Epis-
copus Conventrensis et Lichtenfeldensis diceretur.

Urbem hanc commercium, quod in ea viget, opulen-
tam, et ab exteris oppido frequentatam efficit, utpote quae
percommodè sita, ampla, et nitida sit, necnon satis plateis
instruita. Antehac moenibus munita fuit firmis, quae
tamen, ubi Carolus II. coronam adeptus est, dejeta fuere.
Pulcherrimis aedificiis exulta est, inter quae duo variis ope-
ris exurgunt Tempia, unum S. Trinitatis, alterum S.
Michaëli Archangelo sacrum. Habet Scholam publi-
cam, in qua juventus eruditur, una cum Bibliotheca.
Adest etiam Xenodochium, in quo pauperes sustentantur.
Ductus ab ea miliaribus videntur binæ Satarvignes qua-
tuor viciniter passibus à se invicem disjunctae, unius aqua
dulcis est, alterius vero salsa.

Ex intima antiquitate nihil habet videtur, omnium
antiquissimum videtur fuisse Conventria Monasterium,
quod Henricus VIII. dissipavit. Urbs haec ab Eduardo III. varia
privilegia obtinuit, ac Henricus VI. vicinos quosdam pa-
gos ibi adjunxit, atque specialem Comitatum à Warwicensi
Dominio et jurisdictione exemptum fecit.

29. 554

VII.

De Comitatu Glocestriensi.

Comitatus Glocestriensis | Glocestershire: | Sabrina
amne perfluitur. Saxones idem Glocestershire, et
Glancestershire nuncupaverunt. Terminos habet
Comitatus ad Aquilonem Vigornensem, ad Ortum

Oxoniensem, ad Austrum Wiltoniensem ac Sommersetten-
 sem, et ad Occidentem Herfordiensem ac Monumense-
 nsem. Longitudo ejus ab Aquilone ad Au-
 strum est 48. et Latitudo ab ortu ad Occasum 28.
 miliarium Angliorum. Regio amoena et
 fertilis ab ortu aestivo ad Occasum brumalem por-
 recta. Orientalior pars collibus emergens Cottes-
wold vocatur, ubi innumeri penè ovium greges pabu-
 rantur, quoniam lana magnè est in pretio. Colles
 hi planitiem cingunt fertilissimam, quam Sabrina per-
 fluens ad illius fertilitatem agrum confert, atque gle-
 bis quasi vim vitalem infundit. Occidentalior
 pars trans Sabrinam tota silvis obumbratur. Arbo-
 rata hic ingentem pyrorum et pomorum copiam sup-
 peditant, è quibus excellens succus seu Siccra exprimitur.
 Summatim hæc provincia frumento, lana, ligno, ferro,
 chalybe, pyris, pomis, et Salmonibus abundat. Inter
 ejus opificia eminet lanæum, in quo panni aque portio-
 si ac muniti in Anglia conficiuntur. Hæc etiam excel-
 lentes casei preparantur, qui Londinum usque dese-
 runt. Olim in hac provincia etiam vineas extitisse
 comprobant ea loca, quæ hodiè adhuc vinetorum
 nomen habent, at lubidè antiquata fuerunt, tum
 quia vinum ex altera maris parte melius et minori pre-
 tio haberi potest, tum etiam, quia hujus provincie po-
 culenta corporis sanitati magis conducunt. Nicotia quo-
 que seu tabacum hæc antehac secebatur, cujus postmodum
 Satis Parlamenti edicto prohibita fuit. Memora-
 bile est, quod in quibusdam hujus provincie collibus pa-
 ra conchyliis abimolis Coles dicta, et ostrea petrificata
 inveniuntur. Aqua hæc etiam spirat amoena et suavis.
 Præter Sabrinam, quæ illam à Septentrione ad meridi-
 em perfluit, plures adhuc ~~est~~ eam irrigant, ut Avona, Vaga
 | Wye | Windushus | Windoush | Colinus | Colne | Gromus
 | Grome | et alii minores omnes pisculentissimi, speciali-
 ter autem Sabrina eorum ditissima est. Modò
 hæc provincia titulo Ducatus gaudet, qui interdum Princi-
pibus Regis tribuitur, ac primum an. 1727. Fredericus su-
perius Georgii II. filius primogenitus, qui postea Princeps
Wallie factus est, Dux Glocestrie dictus fuit. Occurrit
 10. Glocestria, item Glovernia | Glocester seu Glov-
cester, Saxonice Gleawcester seu Gleapwancester |
 Urbs posita loco paululum excocto et in valle fertili, ad
 orientalem Sabrinæ ripam 80. miliaribus Angliis ad
 Castrum à Londino, et 24. ad Austrum à Vigornia. Ca-
 put Comitatus seu provincie, sedesque Episcopi Metropoli-
 tæ Cantuariensis Suffraganei, unum amplo portu et ad Incola-
 rum commercium percommode. Amplæ est, et populosa

la, tredecim Templis, adibus et plateis clyanis; ac inter Tem-
pla eminent Cathedrale, quod olim Monasterium Benedictini
fuit, à Danis devastatum, et subinde ab Alberto Archiepis-
cops Eboracensi et Episcopo Vigornienſi reedificatum.

Britanni veteres Urbem hanc Caer-glowre vocave-
runt, quod idem est ac Urbis pulchra Caer enim Britannis
Urbem sonat, et Glowre idem est ac pulchrum et Splendi-
dum, ex quo Romani Clavum seu glavum eam dicebant,
Saxones vero Gleancaster seu Gleavancaster.

Apud Romanos etiam alio nomine Claudia Castra, item
Claudioestria à Claudio Imperatore nuncupata fuit.
Idorum aetate spectabilis fuit, et quia Sabrina non
absentur muro firmissimo cincta, cujus hinc inde ad-
huc reliquiae supersunt. In australi ejus parte Cas-
trum à Saxo quadrato consurgebat primum Wilhelmi
Conquestoris aetate exutatum, quod magna sui parte
corruit, atque modo are alieno professorum nec sol-
ventium est ergastulum.

Quidam referunt Lucium primum Christianum
Britanniae sub Romanis Regem Cloestria vita func-
tum ac sepultum fuisse, at alii dubitant num lu-
cius iste vel aliquando in eorum natura extiterit.
Eam jam Romanorum aetate Sedem Episcopalem
fuisse inde patet, quod in Synodalibus antiquiorum
temporum illorum Actis Episcopi Claviensis mentio
fiat, quod agnomen à Clavo veteri Civitatis hujus no-
mine non abscedit, ut et an. 553. Eldabi Episcopi Glo-
cestriensis et Theoni. At ubi Caninus primus
Occidentalium Saxonum Rex an. 570. Britannis Ur-
bem hanc eripuit, tum Sedes haec Episcopalis unacum
Religione Christiana dissipata est nec amplius resti-
ta, sed postmodum Incola sub auctoritate et Regimi-
ne Episcoporum Lichtenfeldensium, deinde Vigornen-
sium eidem Christi amplexi sunt. Urbis ipsa sub-
inde in Merciorum cepit potestatem, sub quibus magno
cum honore floruit, Monasteriumque amplissimum Ethel-
redi Mercii permisso Opus Rex Northumbroorum Vir-
ginibus posuit, quibus Kineburga, Eadburga, et Eva Mer-
ciorum Regina successivè prospuerunt. Edelgleda eti-
am clarissima apud Mercios Domina et Matriona templo,
in quo sepulta est, Urbem hanc adornavit. Nec longo
post tempore cum Danis Depredationibus universa Re-
gio exhausta esset et Glocestria devastata ac in pastorum
luxuria conversa, tum Moniales locos cedere compulsi
fuerunt; qua etiam tempestate Urbis Tempora diruta
sunt. Anno dein 1022. sub Canuto I. Wulstanus Episco-
pus Vigornienſis in jam restauratum Monasterium istud
Monachos Benedictinos induxit: Alberto etiam Archie-

^{Simul}
 episcopus Eboracensis, et episcopus Wigorniensis hujus Monasterii Templum edificavit, quod postea ab illius Abbatibus successively renovatum, atque ita expositum et exornatum fuit, ut ad hanc usque diem inter pulcherrima totius Angliae aedificia recenseri mereatur.

Glocestria à Normannorum in Angliam ingresso calamitates nonnullas pertulit, ab Eduardo II. dum bello Baroniis Anglia fumaret, direpta, et deinde fortuito igne quater penè absumta fuit: Sed longa pace fovente jam rediit in facta est. Henricus VIII.

hic Episcopalem dignitatem reduxit, memoratque Monasterii Ecclesiam Cathedralam fecit, in qua mater Episcopum, Decanum et sex Praebendarios constituit, ad quorum sustentationem pleraque Urbis hujus Monasteriorum, iudè inturbatis religiosis, bona et praedia designavit. In hac Cathedrali Ecclesia sepultus jacet infelix Rex Eduardus II. quem anno 1327. carcere detentum propria conjux Isabella crudeliter trucidari fecit in Castro Barclajensi [Barkeley seu Barkeley-Castle:] haud procul à Glocestria.

2^o Tewkesburia, seu Theoi Curia: Tewkesbury, ~~Thesbury~~ Thesbury, et Thesbury: Urbis exigua 9. miliaribus ad Aquilonem à Glocestria ubi Avona Sabrina immergitur, aliquantum munita. Saxones eam Theosbury vocaverunt, Latine verò Theoi Curia dicitur à Theoco, qui eremiticam vitam ibi duxit. Lanais pannis conficiendis, et Sinapi penetrantis acrimonia Sinapi celebris; Sed celeberrima quondam Monasterii antiquae ab Odone et Dordone Saxonibus fundato, et postea à Roberto Hamonis filio instaurato, in quo Glocestria Comitum sepultura fuit, quod sub Henrico VIII. evanuit.

Nec minus fame illi auedit ex proelio an. 1471. inter familias Eboracensem et Lancastrensem seu inter Henricum VI. et Eduardum IV. inito, in quo Henricus captus ac brevi post unum annum filio suo Eduardo à Glocestria sine inhumaniter occisus fuit; sicque diutina, qua inter binas haec familias De Corona Anglia vigeat, contentioni finis est impositus.

VIII.

1771. 30.

De Comitatu Monumethensi.

Comitatus Monumethensis: Monmouthshire; olim Anglis Wentset, et Wentisland, Britannis vero, ab Urbe antiqua Quent appellatus: Jungitur Comitatus ad ortum Glocestriensi, ad Septentrionem Herefordiensi, ad Occidentem Brechimoniensi: Brecknorchire: et Glamorganiensi: Glamorganshire: in Wallia, et ad meridiem ostio Sabrina. Longitudo ejus à Septentrione ad Meridiem est 24. Latitudo ab oriente ad occiduum 3. miliarium Anglicorum. Olim pars erat Wallia, à qua avulsus fuit, ac Mercia adjectus. Veteres illius Incola

à Romanis Silures dicti sunt. Rebus ad victum necessariis non solum sibi sufficit, sed etiam vicinis affatim suppeditat. Pars orientalis herbida est et nemorosa, Occidentalis vero nonnihil montana et lapidosa, non tamen colono ingrata. Praecipui ejus fluvii sunt Sabrina, |: Severn:| Remnejus |: Rhymney:| Vaga |: Wye:| et ~~mona~~ ~~mona~~ |: Monow:| eidem vero finitimi sunt Gsa |: Usk:| Avona |: Avon:| et Elwithus |: Elwith:| inter quos Gsa et Vaga croces et trutas in magna copia suppeditant. Notatur hic

1^o Monumetum seu Monumethia |: Monmouth olim Britannis Mongwy:| primaria Regionis hujus Urbis posita loco ameno Vagam |: Wye:| et ~~Monow~~ ~~Monow~~ inter et Monam |: Monow:| fluvios duobus superioribus pontibus ei junctos, et à quibus nomen habere videtur, quod in provinciam ipsam derivatum est, 100. miliaribus Anglicis ad Occid. a Londino, 18. ad Austrum ab Herefordia. Olim approxima spectabilis fuit, atque in ea Arthurus Britanniae Rex Regiam habuisse dicitur, at modo de sua amplitudine et splendore nullum ipsi Deperit. Praeclarum etiam habuit Castellum, in quo Henricus V. Franciae triumphator in lucem editus est; ibidem in suis ruinis rebus sepultum jacet, nec quidquam ex eo superest, nisi murus ejus pars aliqua et tres porta. Hic etiam Templum aliquot sunt, idem, quod Monachorum dicitur, stupendum est simulque ruinorum, in illius Monasterio Galfridus scripsit suam historiam Britanniae, vir antiquitatis bene peritus sed fide, ut videtur, non antiqua, ut qui libro suo tot Milias rugas passim ex suo ingenio inseruerit. An. 1663. Carolus II. Angliae Rex filium suum nothum Jacobum Ducem Monumethensem creavit. Hic an. 1685. tanquam rebellionis et perditionis reus iussu Jacobi II. memorati Caroli II. Fratris germani et in Regno successoris vitam nequaquam deprecatus capite truncatus fuit.

2^o Gsa Silurum |: Caerlion, et Kaerlleion:| oppidum ad Gsam |: Usk:| flumen collocatum 4. miliaribus Anglicis ad Aquilonem ab estuario Sabrina, et 14. ad Africum à Monumethia. Britannorum aetate Civitas fuit, speciemque aliquam Universitatis necnon Sedem Archiepiscopalem habuisse dicitur, quae dignitas subinde ad Ganum S. Davidis |: S. David:| translata fuit, tuncque Sedes haec Episcopalis duntaxat facta est Metropoli Cantuariensi subiecta; à Romanis edificatam et firmis muris lateritiis circumstantam ferunt. certe multa adhuc antiquitatis vestigia hic deprehendi dicuntur, ut palatia gypsata, praeterea turris, magnifica balnea, Templorum et Amphitheatrorum reliquiae, tam intra quam extra oppidum aedificia subterranea, aqueductus, et canales obducti.

Bina etiam hic fuerunt speciosa Ecclesia S. Martini

bus, Julio et Aaroni dicata, quarum unius Moniales, alteri Canoni-
ci regulares profuerunt. Ajunt etiam Regem Arthurum,
ejus primus meminimus, hic etiam habuisse Regiam.

30. Venta Silurum |: Caer Went:| Oppidum tribus millia-
ribus Anglicis ad occasum ab Ica ~~Went~~ Silurum distans,
et antiquitate sua duntaxat celebre. Olim Silurum
populorum Urbs fuit primaria; illiusque nomen nulla
temporum injuria deleri potuit, adhuc enim hodie Caer-
Went, Went, Urbs Venta dicitur; Urbs tamen esse jam
à longo tempore desiit, ita, ut modo è lenivitis moeni-
bus, tessellatis pavimentis, Romanorumque nummis
duntaxat extitisse appareat. Quanti tamen olim no-
minis fuerit, vel hic colligere fas est, quòd antequam
Momumethia nomen audiretur, universa hæc regio
ab hæc Urbe Went, Wentset, et Wentland nuncupa-
ta fuerit.

IX.

376. 31.

De Comitatu Herefordiensi.

Comitatus Herefordiensi seu Herefordiensi |: Hereford-
Shire seu Herefordshire:| Olim pars fuit Wallia, confinis
est ad orientem Comitatus Wigorniensis et Glocestriensi,
ad Meridiem Momumethensi, ad Occidentem Radnorica
et Brechinica Wallia Comitatus, et ad Septentrionem Salo-
piensi Comitatus. Longitudo ejus ab Aquilone ad Austrum
est 35. et latitudo ab ortu ad occasum 20. miliarum An-
glicorum. Aëre gaudet temperato et salubri, Solumque ha-
bet fumentis et pascorum fertilissimum; verò ab omnibus
ad vitam necessariis est instructissimas, ut frumento, ligno, lana,
Salmonibus, et Licera ex pyris et pomis expressa, qua postan-
tior tota Anglia haud invenitur. ad ejus fertilitatem ~~haud~~
multum conferunt, qui ibidem irrigant fluvii, scilicet Vaga
|: Wye:| Lugg |: Lugg:| et Mona |: Monow:| qui sinunt sunt
pisculentissimi, præcipue autem Vaga, qua, quod alibi ino-
litum est, media hyeme Salmones profert pingues et sanos.
Versus Africum Convallis est, quam Angli The gilber-
vale nuncupant, Went, vallera auream seu auratam, non quòd
in ea aurum invenitur, sed ob auram, opulentam, et
amoenam ubertatem suam: colles, quibus includitur,
utrinque silvis sunt amicti, silvis silvis utrinque arva,
arvis floridissima præta, et in medio fluvius limpidissi-
mus interlabitur. Hic etiam Silures fuisse memorantur
Bina in hoc Comitatu mira occurrunt: nempe fons exigu-
us Anglis Bonewell dicitur, in quo permulta piscium, seu, ut
alii referunt, ranarum officula ~~semper~~ semper reperuntur;
et Collis ambulans, quem Angli Marsley-hill nuncupant;
hujus nominis origo fuit terræ motus an. 1574. mense fe-
buario factus: tum enim viginti hæc arvarum jugera iter-
cum magno strepitu tribus continuis diebus velut arripue-
runt, aliò migratura; in hoc suo itinere seu translatione

campanile et quamplures arbores submerunt, duas magnas
vias transposuerunt ita, ut qua orientalis erat facta fue-
rit occidentalis, et vicissim, vinctaque inventa fuerit, ubi
prius arva fuerant, et vicissim. Notatur hic

Herefordia seu Herefordia | Hereford, Hertford, Here-
ford et Hariford: | primaria Comitatus seu provincie Ciri-
tas, cum Sede Episcopali Cantuariensi Metropoli subiecta,
loco jucundo inter pulchra viveta et fertiles agros sita ad
ripam Vagae | Hye: | 25. miliaribus Anglicis ad castrum à
Glocestria, 18. ad Africum à Vigornia, 39. ad castrum à
Bristolis, et 100. circiter ad Mesororum à Londino.

Exitata fuit ex ruinis Ariconii Romanorum aetate Urbis
celeberrima, cujus Antoninus meminuit, et quae ^{olim} terra mo-
tu conquassata sui nominis umbram dumtaxat retinere
videtur Anglis Kenchester nuncupata, tribusque circi-
ter miliaribus Italicis ab Herefordia distans. Moenium
pterygia quaedam ostendit, ad quae lapides testelati, lateres
Britannici, Romanorum numismata, p. conantur.

Herefordia adulta jam Saxonum Heptarchia primium
amicuisse creditur ab Eduardo Seniore, ut scribitur aliqui,
constructa, et dein Sepulchro Ethelberti Ost-Anglorum
Regis à Sore sua Queneda Meria Regina ex insidiis ne-
garie occisi, et inter Sanctos relati decorata; eidem Mil-
fridus vir nobilis Templum extruxit, quod constituta Statione
in Urbe Sede Episcopali Cathedrali factum est, ac in sum-
mam venit opulentiam munificentia Merciorum inde
West-Saxonum, ad quos Urbs haec postmodum pervenit, Regum.

Anno 1067. Gryffinus Sout-Wallia Princeps et Algarus
Anglus Seditione in Edwardum Simplex seu Confessorem
concitata, Urbem hanc diriperunt, Templum delerunt,
namque Leoffannum Episcopum captivum abduxerunt; sed
Haraldus Cantii Comes eorum audaciam statim compressit.

Normanni postea et sub initium Sauli XI. regnante Hen-
rico I. ad orientalem Templi partem secundum Vagam
Castrum exerunt maximum et munitissimum, quod
nunc vetustate victum ruinam agit, moenibusque Ur-
bem obseperunt; ac Reinelmus Episcopus speciosum,
quod nunc extitit, Templum loco prioris à Gryffino, ut
diximus, devastati posuit, Successoresque adhaerent
adjecto Collegio schola, et pulchris Praebendariorum aedi-
bus.

Civitas haec ampla satis est et pulchra; in ea Septem
numerabantur Ecclesiae parochiales, quarum duae ulti-
mis ferentibus intestinis bellis evanuerunt. Adest etiam
Nosocomium, in quo duodecim pauperes sustentantur.

Anno 673. Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus Syno-
dum hic celebrasse memoratur.

X
De Comitatu Wigorniensis.

877. 32.

Comitatus Wigorniensis seu Wigorniensis [Worcester-Shire:]
 Limites habet ab ortu Warvicensem Comitatum, ab Aquilone Staffordiensem, ab occasu Herefordiensem et Salopiensem, et ab austro Glocestriensem. Eius ambitus est 150. milliarium Anglicorum. Caelum et solum aedes propitia habet, ut salubritate et ubertate vicinis haud cedat. Aestate conspiciuntur arva ampla frumento contacta, vireta eximia, pulchra silva feris repleta: pyrorum imprimis ferax est, à quorum succo viscoso fictitium vinum *Byrry* dictum conficitur, quo plurimum utuntur Incolae. Adhuc etiam Salina, et aqua medicinales, aër solo concordat, est enim amoenus, temperatus, suavis et saluberrimus: hinc inde Praeres ac prius nobilitatis viri suburbana quoque, villas et aedes voluptuarias habent.

Nec ab aqua minus felix est, gratissimi quippe ubique sunt fluvii, qui delicatioris pisces affatim suppeditant, quorum praecipui sunt Sabrina hic Lampridis dives, totam regionem à Septentrione in Meridiem perfluit, necnon in duas partes ferme aequales secat abreptis in suo decursu seuum tribus vel quatuor fluvii, et Rhona, quae à Warvicensi Comitatu Descendens hanc provinciam ad Euronotum irrigat. Incolae à Romanis *Comarii* nuncupati fuerunt. Hic duntaxat recensetur

Wigornia seu *Wigornia* [Worcester seu Worcester:]
 vetusta sed venusta, civibusque frequens Civitas provinciae Caput et Sedes Episcopalis Metropoli Cantuariensi subiecta, ponte loro modica aelivi ad orientalem Sabrinam ripam, qua ponte laeas et tumigero conjungitur, 18. milliariis Anglicis ad moesem ab Herefordia, et 96. ad Curiam à Londino.

Saxones eam *Worcester*, *Wægorancester*, seu *Wægoranaster* vocaverunt, ex quo Latini *Wigorniam* sive *Wigorniam* fecerunt. Illius meminere *Stolomans*, et *Antoninus*, à priori dicitur *Branogenium*, ex quo *Wallia* populi *Caer* seu *Caer-Wrangon* deduxerunt: Antoninus vero illam *Branonium* seu *Branovium* nuncupat.

A Romanis condita creditur, cum ad Transabrinos coercendos secundum orientalem Sabrinam ripam urbes per intervalle disponerent. à Danis an. 1041. dirupta fuit ac in cineres redacta. an. 1113. fortuitum incendium Castrum et summum Templum suis flammis involvit. Sub Rege Stephano, qui an. 1135. Regnum adit, intestinis bellis semel atque iterum deflagavit; nihilominus è favillis semper pulchriori forma reeruitata est, atque hodiernum admodum ampla, venusta, aedificiisque nitida, in decem parochias divisa, necnon muris clausa 1650. passibus in ambitu per-

rectis ad Sabrinam usque, ubi desinunt, quod ab hoc fluvio sine
 muris ipsa sufficienter protegatur. Duodecim sunt illius
 portae, hic quoque Duodecim Ecclesiae numerantur, qua-
 rum undecim intra urbem continentur, at vero praecipuum
 illius ornamentum est Sedes Episcopalis Ethelredi Regis iuxta
 à Sexulpho Meriorum Episcopo an. 680. erecta. Ecclesia
 Cathedralis in extrema Civitatis parte collocata est ita, ut Sabri-
 na frontispicium abagbat; ampla est et magnifica du-
 plicem referens concem, una cum specioso campanili, quod in
 catostromam | platte fornic: | desinit; primum ab Ethelredo
 Meriorum Rege extructa et deinceps à variis Episcopis am-
 pliata, et tandem ad eam, in qua nunc est, perfectionem ad-
 ducta fuit, monumenta Joannis Regis et Arthuris Principis
 Henrici VII. filii natu maximi continet.

Capitulum Cathedralis constituerunt Canonici Saulares us-
 que ad an. 971. tum enim Ostraldus hujus Urbis Episcopus
 iis submotis Monachos Benedictinos induxit; at post quingen-
 tos et amplius annos nempe an. 1540. Henricus VIII. illos ejectis
 Dennis Saulares Canonicos substituit, hinc indeque litterarum
 ad erudiendam juventutem exiit.

An. 1651. 7. Septemb. prope hanc urbem Parlamentarii Ca-
 roli I. exercitum fuderunt reportata Deo plena victoria,
 ob quam Cromwellus 22. ejusdem mensis triumphum egit
 Londini. Carolus ipse post infelix hoc prolium aliquot die-
 bus in cara caverna delituit.

Vigornenses viridi sunt, assidui, laboriosi, humani, et
 lanifinis opulenti.

33. 175.

XI.

De Comitatu Salopiensi.

Comitatus Salopiensis seu Salopia | Shrops, Shrop-
 Shire, Schorffshire, Schorffshire, Schorps, et Salop: |
 regio sicut ceteris Meridie provinciis spatio longe major,
 ita nec ubertate aut amoenitate minor, attingit ad
 austrum Comitatus Radnorensem, Herefordien-
 sem et Vigorniensis partem; ad ortum Dennis Vigor-
 niensis partem et Staffordianensem; ad Aquilonem
 7 Cestriensem, et Denbighensem et Montgomeryensem. Eius longi-
 tudo à Septentrione in Meridiem est 35. miliarium
 Anglicorum, et latitudo ab ortu ad occasum 25.

7 Cestriensem, et
 ad occasum

Variis Praerum ac Nobilium sumptuosus palatius specio-
 sisque villis et adibus voluptariis papim orata est. Mul-
 ti quoque fluvii ibam irrigant: Sabrina | Saverone
 seu Severone: | ab ortu ad occasum ad ortum mediam perficit;
 Themis seu Temda vel Tendus | Temde: | illius partem me-
 ridionalem ab oriente in occidentem ab oriente in
 Orientem irrigat indeque in Comitatum Vigorniensis
 defertur, Colno | Chune: | Convo | Conve: | et Rea augetur.
 Sabrina vero Ternam | Ternam: | et Worsam | Wors: | sibi
 conjungit.

Hanc provinciam duo incolere populi, quos Romani

Comarios, et Bobovias dixerunt, illi eam Regionis partem, qua Subrina ad aquilonem et Mesem est; meliore, ista reliquam. Bitchfordia [Bitchford:] viculus est, ubi fons est, cui indies oleosa et Levosa materia innatat, nec, utat desumatur, unquam deficit. Alibi aluminosi fontes extant, quorum aquis tenaces aluminis loci utuntur. Ceterum haec regio omni ex parte fertilis est, frumentumque et pabulum abunde profert, nec ligni patitur penuriam. adhaec etiam isca lapidum bituminosorum, et ferri fodina. Olim permulta eaque celebrata in illa numerabantur Monasteria, quae Henricus VIII. ejectis Monachis antiquavit. Hic duntaxat recensentur

Salopia [Schrewsbury, Schrowesbury, Shrovesbury, Shroresbury, Schrowsbury, Schrosberg, seu Salop:] primaria Regionis Urbis Brita Angliam inter et Walliam conformeloco ubi olim Urecondum Antonini extitit, à cuius initio ipsa initium Rensise dicitur. Nomen habet à Saxonio Scrobber-hing, ex quo Normanni Stoppesbury, et Salop, Latini vero Salopiam fecerunt, Angli modo Schrewsbury. illam vocant. Collem occupat subruferentem, Sabrinamque duobus pontibus peria feri circumlum agente ita cingitur, ut periculis istius impediatur, ne insula sit. Distat à Londino 150. vel, iuxta alios 124. duntaxat miliaribus Angliis ad Carum, et 24. ad Mesem à Montgomery seu Monte-Gomerio [Montgomery:] Natura et arte munita est, ejusque muros ambitus ad 1700. passus porrigitur, vensitam efficiunt magna platea variaque spaciola adificia tum sacra tum profana; quinque in ea numerantur amplae parcia; vetus etiam habet Castrum, quod Rogerus de Monte-Gomerio, cui Wilhelmus Conquestor urbem hanc cepit, surgenti rupi ad borealem urbis partem inaedificavit, Civitatemque ipsam adificiis tum publicis tum privatis instauravit, Monasteriumque S. Petri et S. Pauli posuit pulcherrimum, cui plures possessiones concepit, et una cum illis Eclesiam S. Gregorii.

Subsequente tempore alia etiam hic surrexerunt templa et Monasteria, ut Dominicanorum, Augustinianorum, Franciscanorum, p. item duo Collegiata Eclesia una S. Cede, altera B. V. Maria. at Monasteria haec dissipavit Henricus VIII.

Hodie Urbis haec est eximia, frequens, mercium copia, civium diligentia, pannis conficiendis, Wallosum commercii opulenta. Huc enim omnes ferre Wallia communitates velut ad commune utriusque gentis emporium conflunt: à Wallis enim et Anglis incolitur, quibus utraque lingua in usum, et quibus inter alia, hoc in maximam laudem cepit, quod Scholam erudiendis pueris instituerint. Anno Chr. 1403, Henricus Percius, junior Northumbria Co-

mes, nota adversus Henricum IV. pro Eduardo Mortimero Marchia Comite legitimo regni Angliæ herede seditione, urbem hanc obsidione cinxit; at Henricus adveniens post longam et diffinilem pugnam, in qua Percius ipse occubuit, tandem plenâ potitus est victoria.

34. 20099

XII.

De Comitatu Staffordiensi.

Comitatus Staffordiensi, seu Staffordia | Staffordshire | limites habet ad aquilonem et caurum Cestriensem; ad occasum Salopiensem; ad austrum Vigorniensem et Warvicensem; et ad ortum ac mesem Dabiensem Comitatus, velut rhombi forma ab austro ad boream protenditur, medio latior et extremis angustior. Longitudo ejus à Septentrione ad meridiem est 44. milligram Angliorum, latitudo autem ab oriente ad occidentem 24. Veteres regionis hujus incolæ etiam Cornavii à Romanis dicti fuerunt. Pars ejus Septentrionalis montibus non magnis leviter intumesit, qui hinc exorti velut tractus littoralis seu potius promontorium quoddam in Scotiam usque porriguntur, Angliamque in binas æquales partes dividunt; pars hæc proinde ceteris frigidior est, ut quam diutius nives contegant, solumque habet rigidum et infertile, unde et minus lata. Pars

media Trenta | Trente | flumine perfusa latior est, et silvis amicta, in quibus copiose et optimo oves, caprea, amiculi, atagones pabulantur; necnon arvis et pratis variata. Meridionalis etiam est fertilissima, in eaque sunt marmoris, alabastri, gypsi, et carbonum fossilium latonia, item ferri vena. Sed enigmæ questus.

4 apprimè piscu-
centis

Pluribus irrigatur annibusque quorum præcipui sunt Trenta | Trente | Tama | Tame | Dorus | Dove | Blitus | Blithe | et Savus seu Sovus | Sax | seu Sow | Memorable est, quod Dorus interdum mense Aprilis stagnat et duodecim horarum spatio intumescat ea vehementia, ut etiam oves et vacas in agris pabulantes secum abripiat, necnon post totidem horas Nilanus abeuntem suum denuo repetat; hæc sua inundatione agri impinguantur, et præta vivescunt.

Olim plura in hæc provincia numerata fuerunt Monasteria, quibus sub Henrico VIII. eadem obvenire fata ac ceteris Angliæ Monasteriis. Denique famosa est hæc regio à cava quædam illa, in qua, prout jam sup. Art. n. 377. meminimus, Carolus I. à Parlamentariis prope Vigorniam prælio victus se abscondit. occurrit hæc.

1^o Staffordia | Stafford seu Staffort | Urbis amœna et pulchre catmata, necnon caput provincie, cui nomen suum impertit, cum titulo Comitatus. Posita est in jucunda planitie ad Benkum | Benk | fluvium, qui paulo inferius Savo seu Sovo immergitur, 114. miliarium

bus Angliis ad Euro-Aquilonem mesem à Londino. Olim Bethene
ney dicta est q̄ hic vult eremita sanctitate floruit. q̄a quodam, cui no-
 men Bethalimus Savius ad duo latera Occidentale nempe et Meridionale urbem hanc abluat. figuram habet ovalem, ejusque am-
 bitus est circiter 12000. passuum. In duas parochias di-
 visa est, necnon publicam habet Scholam.

An. 914. Eduardus Senior Rex Angliæ in ea Castellum, quod illam protegeret, extruxit; illud cum devastatum fuisset, Wilhelmus Conquestor restauravit. Barones quoque Staffordenses aliud prope Savi et Beneti confluentem sibi in sedem erexit. In illius agro sunt ferri et carbonum bituminosorum fodina.

20. Lichtenfelda, Lichefelda, Lichfelda, Lychfelda, et Lycwefelda: Lichfield seu Lichtfield: Urbs humili et paludinoso loco sita ad exiguum nec profundum lacum, e quo fluvius prodit, qui in Blythum ac deinde una cum illo in Trentam incidit, decem miliaribus ad Occasum à Staffordia, et 94. ad Euro-aquilonem mesem à Londino. Saxonium illius nomen Lichefeld modo Germanice Leichenfeld, Cadaverum Campus Latine dicitur; sic dictam quidam volunt à Cadaveribus Martyrum, qui ibidem sub Diocletiano et Maximiano Herule, antequam Constantius Chlorus regnum in Anglia potiretur, ob fidem Christi interfecit fuisse dicuntur.

à Memoratis lacu et fluvio Urbs hac in duas partes distinguitur, que ponte et agere conjunguntur. Australis pars sive anterior multo major est et in varias descripta plateas, habetque Scholam publicam, et Xenodochium, quod S. Joannis dicitur: Septentrionalis, seu posterior minor est, sed Templo spectatissimo insignis, quod pulcherrimo moenium ambitu instar Castellum, et elegantissimis Brabendariorum aedibus, Episcopali quoque palatio veluti circumdatum est, multisque retro ante Saulis Episcoporum sedes fuit. Anno Chr. enim 606. Osricus Nordanhumbroorum Rex, paganus Meris devictis, ad veram Christi religionem propagandam hoc in loco Templum condidit, et Quinam primum Episcopum constituit. an. 669. Theodorus II. Cantuariensis Archiepiscopus et Brimas Angliæ huic sedi Episcopali omnes Meria Ecclesias subiecit, atque Cadam virum sanctitate enimum, ac post mortem sanctis adscriptum constituit Meria Episcopum. Saulo Dein VIII. sub Offa Meriorum et orientalium Anglorum Rege Sedes hæc Archiepiscopalis facta est in persona Eadulphi Antistitis, cui Adrianus I. Papa pallium misit; at cum Offa et Eadulpho hæc Archiepiscopalis dignitas evanuit.

postmodum, quod supra VI. n. 373. 2. retulimus, conventum
translata est, et post centum circiter annos huc demum re-
ducta fuit, posita in honorem B. V. Mariae et S. Beatae
elegantissima Eulisia.

39. ~~380~~

XIII.

De Comitatu Cestriensi.

Cestria seu Comitatus Cestriensis | Chester Shire seu Ches-
Shire: | circumscribitur à Comitatibus ab ortu Darbionensi et
Staffordiansi, ab austro Salopiensi, ab occidu Denbighien-
si et Flintensi in Wallia, et ab Aquilone Lancastriensi,
ad Circium vero peninsulam longe latis in mare porrectam
exhibet, qua inter duos Sinus conclusa utrinque insinuat
tem Oceanum admittit, in quos Sinus etiam omnia hujus
provinciae flumina conveniunt. Ambitu suo 112. mil-
liaria Anglica complectitur. Gratis latior est quam
avis, aequalis tamen ac plerumque plana, praecipui idi-
us montes in hunc, qui illum à Comitatibus Darbionensi et
Staffordiansi separant, Silvae hinc frequentes sunt, ut et
Nobilium vivaria; occurrunt etiam vasti et inulti
campi, qui equis et ovibus pabulum praebent; plura
quoque loca ulvosa, ex quorum ulvâ Gleba confici-
tur. Aëre fruitor optime, Solisque ejus aquae pra-
stans est ac alicubi in Anglia, quamvis enim clima ejus
paulò frigidius sit, calidi tamen vapores à mari Tyberini
coerumpentes nivem, si qua cadat, terram diu occupare non
permittunt. Comitatus iste, praè vicinis regionibus la-
pitibus molaribus abundat, item casei et Sal in eo confi-
ciuntur, qui per totam Angliam Distrabuntur.

Ceterum provincia haec eximia nobilitatis est alia,
nec enim alia in Anglia reperitur, qua plures nobiles in
asiam eduxerit, et plures equestres familias numeravit:
haec etiam, praè aliis regionibus, est praerogativa, quod
Palatina sit, cujus Comes olim tanta pollebant poten-
tia, ut potius Summi Principes, quam Regis subditi esse
viderentur. Primus Comes Palatinus in ea fuit Wil-
helmi Conquestoris Nepos, ultimus vero Simon Mont-
fortius Comes Licestriensis, illo saeculo XI. satis funesto
Comitatus rediit ad Coronam, is tamen antiqua jura
sua retinuit.

Praecipui, qui eam perflunt, fluvii sunt Deira seu
Daa | Dee: | Werreus | Werre: | et Mersey: | Mersey: |
qui admodum pisculanti sunt. Verò Cestria regio est,
ut ait Malmsburienensis, farris et maximè tritici
jejuna et inops, at pecorum et piscium ferox. An-
tiquitus et Romanorum aetate Cornavii hanc inter
alias etiam tenuerunt provinciam. Occurrit in ea
1.º Cestria seu Cestria | Chester: | primaria
provincia Civitas, Sedesque Episcopalis cum titulo Co-

nitatis, posita ad ripam Tere (Dee?) fluvii 28. miliaribus
ab ipsius in mare Hybernicum effluvio, et 150. ad cursum à
Londino. Tere hic conamertum octo arcuum pontem ha-
bet in ambabus suis extremitatibus portis clausum. validis
moenibus et turribus cincta est, necnon castello ad austrum
ponte protegitur. Adificia habet nitida, et projectis ma-
rianis portibus utrinque per primarias plateas ducunt.

Antiqua admodum est, camque à Tere flumine Antoninus
Teram appellat, Ptolomæus vero Deunanam; Britan-
ni Caerlegion, id est Civitas Legionis, seu Caerleon Vaur,
quod idem est ac Civitas Legionis magna, à Romana
Legione vicesima Victrice, quæ hic sub Galba Impera-
tore Stationem suam habuit.

Ex Britannis ipsius Caer-
leon Vaur nomine quidam fabulantur eam nullis jam
ante Christum seculis, à gigante quodam Leone Vaur extor-
tam fuisse, non advertentes, quod Leon Vaur Britannis La-
gionem magnam sonat. à Romanis excitatam
dicunt, atque initio nominis Castrom fuisse dicunt, quod Osto-
rius (Claudi Imperatoris in Britannia Comum tenens seu
Praefectus tenuit.

Urbis hæc seculis rebus non perpetuo tenore usa est,
primum enim ab Egfrido Nordanhumbro, inde à Danis
excisa, postea tamen ab Edelfleda Merciorum Domi-
na restaurata fuit. Inca Edgari unus è Saxonum Re-
gibus in navicula velut navarchus ad clavum sedens à sep-
tem Britannis et Scotis Regibus velut remigibus per De-
vam lato spectante ab Ecclesia S. Joannis usque in palati-
um suum duci se fecit: id circa an. 960. factum ~~factum~~ fuis-
se dicitur.

q. Vasallis huius

Ecclesia Cathedralis primum monasterium fuit à Leo-
frico Comite an. 1094. in honorem S. Werburgæ Virginis con-
ditum, quod postea Hugo Lupus primus è Normannico
genere Cætris Comes restauravit, et auctore S. Ansel-
mo, quem è Normannia evocarat, Monachis Bene-
dictinis concepit, necnon opimis redditibus dotavit, tum-
que Petrus Lichtenfeldensis Episcopus Sedem suam Epis-
copalem ^{hanc} transtulit, quæ postea Conventriam, ac de-
num ~~hanc~~ ~~sedem~~ ~~reductas~~ fuit Lichtenfeldam demum re-
ducta fuit, Cætria proinde diu hæc dignitate caruit, et
usque ad tempora Henrici VIII. qui exturbatis Mona-
chis ex illorum Monasterii redditibus novum fundavit
Episcopatum, quem Archiepiscopo Eboracensi subiecit.

Civitas hæc populosa est, frequensque est illis cum Hyber-
nia commercium; hæc etiam communitas in Hybernicam
transfretaturi navem conscendunt. Decem in ea un-
meantur parochiæ. In ea quoque quotannis fora La-
tinitatis, seu, ut vocant Apisa, bis habentur.

2º. Bengor seu Benchor, et Banchor, celeberrimum olim

* Memoria proditum est Henricum VIII. ex Monasterio-
rum bonis et prædiis præter hunc adhuc
quinque alios Episco-
patus ereuisse, nempe
Oxoniensem, Bris-
toliensem, Glocestri-

Sam, Petriburgensem, Monasterium eo loco positum, ubi antiquitus Bonium, seu, et Westmonasterien-
sem, verum iste ultra ^{prout in quibusdam Antonini exemplaribus legitur, Bovium} ^{insignis Verbs fuit.} ^{Ad ripam Deva tribus supra Cestriam mil-}
novem annos haud ste- ^{liaribus in confinis Comitatum Salopiensis, et flautensis in}
tit, prout. sup. S. IV. ^{Walia, cujus olim portio fuit postmodum ab eo avulsa.}
n. 361. jam annota-
vimus.

In hoc Monasterio, inquit venerabilis Beda, tantus fuit Mo-
nachorum numerus, ut cum in septem portiones cum prope-
ritis sibi Rectoribus divisum esset, nulla harum minus quam
trecentos homines haberet, qui omnes de labore manuum
suarum vivere solebant; quorum mille ducentos Edilfridus
Rex Nordanhumbroorum e medio sustulit, quod piis
precibus Christi opem pro Britannis Christianis contra Ba-
ganos Saxones implorasset: postmodum tamen illud re-
floreuisse testatur S. Bernardus Clavervalensis, qui de
Monachis, qui longo post tempore hic fuerunt, in S. Mala-
chia Hybernici vita agens: Banchor, inquit, Monasteri-
um nobilissimum multa milia Monachorum generans,
multorum Monasteriorum caput, locus vere sanctus, fo-
undusque Sanctorum, copiosissima fructificans Des, ita
ut unus ex filiis sancta illius Congregationis centum solus
Monasteriorum fundator catitise feratur. Denique Hy-
berniam et Scotiam ita ejus germina repleverunt, nec
modo in praefatas, sed etiam in ceteras regiones, quasi
inundatione facta, illa se Sanctorum examina effuderunt,
ex quibus ad has nostras Gallicanas partes S. Columbanus
Luxoviense construxit Monasterium.

Sed post haec tempora Monasterium hoc omnino concidit;
Malmesburiensis enim atate, qui statim a Normanno-
rum in Angliam ingreſſu vixit, tot, ut ipse inquit, hic
superfuerant antiquitatis indicia, tot remanenti parietes
Eclesiarum, tot anfractus portarum, tanta turba re-
derum, quantum via alibi cernas. Ipseque S. Ber-
nardus vidit S. Malachiam loco diviti Monasterii
Oratorium ex lignis levigatis construxisse. Num
vero intermorta ubi vel Monasterii vix facies
remanet, duarumque portarum nomina Port Ho-
gan, et Port Cleis, quae mille passibus disjunctae sunt,
reservantur, inter quas Romanorum munismata sa-
pius reperiuntur.

XIV.

De Comitatu Darbiensi.

Comitatus Darbiensis seu Darbiensis (Dorbyshire seu Dor-
byshire) clauditur ad Meridiem Leicestriensi, ad occidentem
Staffordiensi, ad Aquilonem Eboracensi, et ad orientem
Notthingamensi Comitatibus. Forma est triangulari
sed non aequilatera, ab apice enim, qui est ad austrum
vix septem passuum millibus patet, ac ita utrinque ex-
patiditur, ut quae Septentrionem spectat, triginta cir-

36. 280

iter passuum milia in latitudine occupet, toto autem am-
bitu suo 130. miliaria Anglica complectatur. Derwentia
¶ Derwent: ¶ fluvius, qui illum transversim ab Aquilone ad
austroem perficit ne non Trenta immergitur, in duas par-
tes Orientalem scilicet et Occidentalem dividitur.

Illius Orientalis et meridionalis partes, cultae, pabulo et om-
nis speciei frumento, ne non vicariis sunt fovenda; pars
vero Occidentalis ultra Derwentionem, quam Angli Beake
vocant, tota petrosa montibus et aspretis sterilitate, vrbibus
tamen parandis satis est commoda, ne non carbonum bitu-
minosorum, ferri et plumbi fodinis, item marmoris, alabas-
tri, Crystalli, lapidum molarium et cotis dives est.

Provincia haec Romanorum aetate Coritanos etiam incolae
habuit. Trenta illius australem apicem intersecat. No-
tatur hic

1^o Darbia seu Derbia, item Derwentia ¶ Darby seu Derby:
vrbis totius Agri seu provinciae Caput, sita est ad occidentem Der-
ventionis eximiae huc ponte lapideo connecti ripam, à quo
nomen habet, quod et ipsa Comitatus communicavit, 100.
circa milliaribus Anglicis ad Caesarem à Londino.

Saxones urbem hanc North-Worthig, Dani vero Des-
raby nuncupaverunt. Ampla est et inedis frequens spe-
ciosisque publicis aedificiis ornata, ne non quinque paro-
chiis instructa.

à grossantibus Danis multum afflicta fuit, quorum la-
tibus facta est, donec Ethelfleda victrix illa Meris-
um Domina inopinato impetu truncatae Danis eam
occupavit et restauravit, adeo ut modo inter amplissi-
mas, populosissimas, et opulentissimas Angliae vrbes re-
censeri mereatur. Cives ejus penè omnes propola sunt,
frumentum nempe emunt, idemque Montanis revendunt.

2^o Chesterfida ¶ Chesterfield: ¶ Vrbis cum titulo Comita-
tus junctae sita inter Joberum ¶ Jober: ¶ et Rotherum ¶ Ro-
ther: ¶ fluvios in australi latere cuius collis 165. miliaribus
Anglicis ad Caesarem à Londino. Rudera mirrorumque ru-
inae illam antiquam esse produnt. Apud Scriptores pra-
lio diutinat celebratur prope eam inito Henricum III. inter et
Barones, in quo Robertus De ferariis ultimus ex sua
familia Darbia Comes captus fuit, et deuto Parlamenti
honore suo mulctatus tanquam privatus Princeps vixit. Adest
hic Norocornium, in quo duodecim pauperes octo virilis
sexus et quatuor foemina sustentantur, à quodam Mato-
na Comite Salopiensi fundatum.

XV.

37.

De Comitatu Nottinghamensi.

Comitatus Nottinghamensis seu Nottinghamia ¶ Notting-
hamshire: ¶ limites habet ad orientem Lincolniensem, ad
Septentrionem Eboracensem, ad occidentem Darbiensem,
et ad meridiem Leicestrensem Comitatus. Ovalis est

figura, atque à Septentrione in Meridiem ad 38. et ab ori-
ente in occidentem ad 20. miliaria Anglica porigitur. Ve-
teres illius Incolas Romani etiam Coritanos vocaverunt.
Aëre puro gaudet, Solum tamen habet haud ubique aequale:
Orientalis et Meridionalis ejus partes, fertiles sunt, easque
Trenta flumen nobilissimum influenteque rivuli fecun-
dant. Occiduum vero partem Saltus Shirewood seu
Sherwood longe se porrigens totam occupat, in quo carbo-
num bituminosorum fodinae sunt frequentes.

Proter Trentam fluvium, qui regionem hanc à
Lincolniensi distinguit Idla |; Idle:| et quidam alii rivuli
eam perfluunt. Inter praecipuas illius merces
glycyrrhiza recensetur, qua melior tota Anglia
non occurrit. Lapidum etiam species quaedam hic
inveniuntur, qui alabastro molliores sunt quidem, sed
ubi igne adustifuerint, Parisiensi gypso duces eva-
dunt. Hic recenseri deinceps debent Urbes

Nottinghamia seu Rhage |; Nottingham:| Caput
provinciae, supra collem posita ad Septentrionalem ripam
Lini |; Leani:| fluvii, qui milliari ab ea Trenta immergitur,
96. miliaribus Anglicis à Londino. Tres in ea numerantur
parochiae, atque commercium exercet aequè prestantis ac
quacunque alia indigena civitas. Loci ingenio
amoena est, hinc enim ad flumina proumbunt prata pa-
tiosa, ibine faciles consurgunt colles; hinc Saltus Shir-
wood lignum in ignis alimentum, ibine pisces Trenta lar-
gè suppeditant, verò omnibus, quae ad vitam pertinent
opatum est instructa, necnon inter speciosissimas Angliae
urbes locum meretur non ultimum, ut quae praeclaris tum
sacris tum profanis aedificiis, elegantibus plateis, forisque
longè pulcherrimis superbiat. Praecipue autem celeberrimum
efficit Castellum ad occidentale Urbis latus in praerupta pe-
tra jam olim à Wilhelmo Normanno ad Anglos fran-
dos extractum, atque postea magnis expensis ab Edmundo
IV. instauratum, necnon splendidis aedificiis adornatum,
ades, ut munitionibus, grato prospectu, et magnificentia
nulli in Anglia cedat. ~~hinc~~ In eo
Duci adversus tres Saxonum Reges obsidionem sustinuerunt
atque eos ad incedendam cum ipsis pacem coegerunt. Ab
Henrico II. in bello, quod adversus filios suos et Regni Proceres
cepit, etiam frustra obsesum fuit. Semel tamen à Ro-
berto de Ferraris Comite Sabiniensi in bello Baronibus ad-
versis Henricum III. ex improviso occupatum fuit, civisque
omnibus fortunis spoliati. mirabiles sunt arcus sub-
terranei seu potius speluncae sub hoc Castro rupi incisae
inter quas praecipue celebratur illa, cujus parietibus populi
Christi à Davide Scotia Rege hinc captivo propria ipsius ma-
nu colata conspiciuntur. Speluncae illae instar aliarum Do-
morum cochleidis, umbrae, caminis, et fenestris Saxo inci-
sis sunt instructae. Ab his Subterraneis Speluncae seu

domibus, quas in receptacula et habitationem in praesumptis laevis
illis excavavit antiquitas, Saxones urbem hanc Snotlegaham
West, Speluncarum domum ~~veravere~~ vocavere, ex quo vo-
cabulo deinde Nottingham factum est. Britannis dicta fuit
Tui oyo bane, quod idem plane denotat.

Supremus Gallicorum Castrorum Praefectus seu, ut ajunt,
Francis Marscallus Comes seu Dux Tabartius | De Tabart: |
post proelium 13. Aug. an. 1704. ab ipso et Duce Bavaria Maxi-
miliano cum Principe Sabaudis Eugenio, et Anglico Duce
Marleborough | Marleborough: | feliciter initum, in quo usque 7 prope Hochstetum
20000. Gallorum caedens, ipsaque cum 12000. captus, ab Anglis | Hochstätt: | in Sue-
in hanc urbem ductus fuit, ubi venustum hortum innotuit. via

XVI. 38.

De Comitatu Leicestriensi.

Comitatus Leicestriensis seu Leicestriensis | Leicester Shire: |
~~Legcestria, Leggestra, Legeceaster, Ligoraceaster, Lygraecaster,~~
~~Legraecaster, Lygraecaster, et Legoraecaster.~~
à Septentrione Dabiansi et Nottinghamiensi, ab Occi-
dente Warricensi, ab Austro Northantoniensi, et ab Or-
tu Rutlandiensi et Lincolnensi Comitatibus praerigitur.
à Meridie ad Septentrionem ad 33. miliaria Anglica por-
rigitur, et ab ortu ad oceanum ad 27. distans.

Provincia haec tota campestris est, necnon omnis ge-
neris frugum, inter quas excellunt pisa et faba, ac pabu-
lorum dives est, aëreque fructu optimo. Silvis maxi-
mam partem indiga ligni penuriam patitur, quod
ingens carbonum fossilium copia laedit. Ovium hu-
jatum lana subtilis est et alba necnon totius Angliae
maxima. Praecipui, qui eam perflunt fluvii
sunt Soares | Stouve: | Wrethens | Wreth: | et Swiftus
| Swift: | Antiquitas et Romanorum aetate Coita-
ni etiam illius fuerunt Incola. hic distans no-
tatur

Leicestria seu Leicestria | Leicester, Legcestria, Les-
gara, Legecester, Legeceaster, Ligoraceaster, Lygraecas-
ter, Legraecaster, et Legoraecaster: | urbs Comitatus prima-
ria, cui et nomen tribuit, ad ripam Soari | Stouve: | posi-
ta 90. miliaribus Angliis ad Austrum à Londino, in regione
admodum amena. Quidam contendunt eam Antoni-
ni Ratas esse; certa majorem vetustatem quam venus-
tatem pra se ferre videtur, quamvis quibusdam pulchris
aediis ornata sit. Quingue in illa numerantur
parochia. Olim ampla, opulenta, et popularosa fuit,
viderantque Ecclesia collegiata, Monasterium, et Cas-
trum quod illam protegebat.

Anno Salutis 680. cum Severus plus infra Ethelradi
Regis Mercia regnum in Dioceses partiretur, hic etiam
Sedem Episcopalem statuit, ipsaque primus legit Episco-

pus; at paucos post annos Sede hac alio translata, tunc Urbis
amplitudo sensim immixta fuit, donec Edelfreda Maria
Domina illam an. 914. reparavit, optimisque moenibus fir-
mavit; tunc enim adhuc florere coepit, ut temporis Suephi-
castrorum praesigmarum Urbium felicitatem vix non supe-
rare videretur; at cum Robertus, cognomento Gibboms
Licestrica Comes adversus Henricum II. rebellasset, tunc Rex
captam urbem in cineres redegit, Castrum propugnaculis mu-
navit, civesque gravibus superinditionibus multavit: post-
modum tamen ab hac calamitate paulo revixit. Robertus
que rebellionis suae poenitentiam monumento aliquo testa-
tus ad alteram Urbis partem Monasterium inter la-
tissima à Soars irrigata praeta extruxit, unde et illud à pra-
ta dictum fuit, in quo ipsemet Monachum induit, necnon
quindecim annorum spatio orationi, vigiliis, poenitentia-
que addictus vitam dedit. Simili devotione Henricus
I. Lancastria Dux Ecclesiam aedificavit, atque Collegia-
tam fuit constitutis in ea Decanis et duodecim Prabenda-
ris totidemque vicariis.

Hic jacet sepultus Richardus III. quem, postquam
Regnum per summum scelus sibi aperisset, Henricus
Richemondia Comes prope Bosworthum (Bosworth) oppi-
dum duobus milibus Angliis ad occidendum à Licestrica duxi-
tum, in loco, quod Redmore dicitur, 22. Aug. an. 1485. pra-
lio cum parva militum manu exceptum vixit ac confectus,
ipseque faustis inter medias strages acclamationibus Rex
salutatus fuit sub nomine Henrici VII.

Hic quoque famosus Cardinalis Wolsey, cum gratia Re-
gis Henrici VIII. privatus laesae Majestatis crimine insinula-
tus Londinum captivus duceretur, vitam posuit an. aetatis
suae 60^{mo}. Christi 1530. atque tumultatus fuit.

XVII.

De Rutlandia.

Rutlandia seu Rotelandia (Rutland, Routland, et
Rutlandshire) Saxones Rothe-land ~~Roteland~~, quod lati-
ne idem est ac rubens regio seu terra, à rubente illius solo
dixerunt. Minima quidem est totius Angliae provincia,
soli tamen ubertate et amoenitate nulli secunda, ut quo
frumento et pecoribus, praesertim ovibus, quarum vellera
non levis ac blun ipsum rubedine ~~hinc~~ infecta sunt, abun-
det. Silvarum etiam dives est, varisque exiguis flu-
viis irrigatur, inter quos praecipui sunt Wellandus (Wellan-
de) et Wasus (Wash).

Enigma haec provincia Licestriensi agro quasi includitur,
nisi à Meridie, ubi Wellandus eam à Northantoniensi
Comitatu sejungit, et ab ortu, quia Lincolniensem attingit.
Forma fere circulari circumscripta à Septentrione
ad Meridiem non omnino ad 12. miliaria Anglica proten-
ditur, et ab oriente ad occidentem vix ad novem. Veteres
illius quaedam etiam fuisse Comitatus.

Hanc provinciam Eaditha uxori testamentis legavit.

Eduardus Confessor ea tamen lege, ut post ejus mortem S. Petro Westmonasterii cedret: at hoc testamentum induit Guilielmus Normannus, qui magna parte sibi reservata, reliquam inter Iuditham Comitissam, cujus filia Davidi Sotorum Regi nupsit, Robertum Mabet, et alios dirigit; Westmonasterio primum divinas, postea solam Ecclesiam Oppidi Okhami cum appendiciis reliquit.

Nullandia serius in Comitatum instituta videtur, nam Eduardi Confessoris tempore Northamptonensis agri pars censetur, et Historici Angli qui ante trecentos annos scripserunt, illam in Comitatum numero non reppererunt.

Vasus | Wash seu ~~gwas~~ | fluvius, qui illam ab occasu in ortum quasi mediam intermeat, in duas dispersit partes. In anteriori sive australi Uppinghamium | Uppingham seu Oppengham | oppidum aequali loco sedet, non ob aliud memorandum, quam quod totius agri primarium habeatur oppidum. In ulteriori parte trans fluvium inter colles amoena admodum et foecunda vallis subternitur quam Angli The Vale of Calmose dicunt, forsitan à Cot maes, quod Britannicè campum nemorosum sonat. In hujus medio Ochamum | Okham seu Oukham | subidet, ubi fatiscencia moenia vetusti castri supersunt, quod Walselinum de Genariis primis Normannorum temporibus extansisse fama obtinet.

XVIII.

1740.

De Lincolnia.

Lincolnia seu Comitatus Lincolnensis | Lincolnshire | regio amplissima limites habet ad Orientem Mare Germanicum; ad Septentrionem Comitatum Eboracensem, à quo Humbri estuarium illam leccit, ad Occidentem Comitatum Nottinghamiensem, à quo secundum partem aliquam Trenta separatur; et ad Meridiem Wellando flumine à Northamptonensi Comitatu distinguitur.

à Septentrione in Meridiem ad 55. miliaria Anglica protenditur, et ab Oriente ad Occidentem 35. complectitur. Alendis frugibus, pascendis pecoribus est mitissima, frequentibus oppidis exulta, ac crebris fluminibus rigata, inter que praecipue celebrantur Humbers | Humber | Trenta | Trente | Withama | Witham | Ansona seu Ansona | Nen seu Nene | et Wellandus | Welland |.

In tres partes dividitur, quarum una Hollandia seu Hoilandia | Holland | dicitur, altera Kestevana | Kesteven | et tertia Lindisfis | Lindsey |. Hollandia ad mare posita tota palustris est, unde minus salubris minusque frumenti ferax, pabulo tamen luxurians et amentorum, selectorum equorum, ferarum venaticorum, et piscium dives.

Kestevana Hollandia ab occasu adiacens illa major est coeloque multum salubriori, et solo non minus pingui pluitibus undique erit

Oppidis. Lindisps utriusque prioribus major dimidium circiter provincia occupat, vastaque fronte in Oceanum protrahitur à quo ad ortum direrberatur, ab Oceano Trenta flumine clauditur, ad Meridiem eam à Kestevena sejungunt Withama fluvius et fossa inuis, quam Henricus I. per septem miliaria à Withama in Trentam perduxit & et ad Aquilonem Humbri estuario imminet.

7 lapidibus Praecipua hujus provinciae ornamenta sunt Eclerice, quae omnes ex pulchris lavigatis sunt constructae, unde communis parsenia, quod nullus Anglia Comitatus viliores domos et pulchriora templa habeat ac Lincolnensis. In quadam hujus provinciae insula Axsholm dicta occurrit alabastris fodina. In Kestevena reperiuntur Astroites lapides, qui stelulas invicem connexas representant, in quibus sicut eminent singulis angulis quini, et singulis radiis cavitas media subidet, qui olim in magno fuerunt pretio, quod viderentur polere virtute in proelio, qui eos illos penes se gestarent, victoriam conciliandi.

Sub Henrico VIII. juxta Hertlanton viculum vasculum aeneum avatro erutum fuit, in quo capsis aurea antiquissima forma gemmis distincta reperta fuit, atque Catharina Regina dono data. Hanc provinciam Romanorum aetate etiam Britanni tenuerunt. Notatur hic Duntaxat Urbs seu Civitas

Lincolna, Lincolnia, et Lindcolina | Lincolnia | Caput provinciae vitet nomen impartitur, cum sede Episcopali Metropoli Cantuariensi subiecta, et speciali Comitatus titulo. Collis dorso insidet ad ripam Withama 24. miliaribus Anglicis ad Mesem à Nottinghamia, 39. ad Boream à Petriburgo, 51. ad austrum ab Eboraco, et 104. ad Boream à Londino.

Dicunt eam esse veterem Lindum è collis cacumine ad ejus dorsum et ripam Withama à Saxonibus translatum. Idem sub nomine Lindi meminere Btolumaeus lib. 2. c. 3. et Antoninus in Itinerario. Ab Anonymo Ravennate Lindum colonia, quod Romanorum Colonia fuerit, nominatur. In Concilio Arclatensi, quod an. chr. 314. celebratum perhibetur subscipit Adalphius Episcopus de Civitate Colonia Londi, ubi proculdubio legi debet Lindi. Ex quo nomine primum Lindicolina seu Lindocolina, ac demum Lincolnia factum est; cujus nominis initium tribuitur vocabulo Britannico Lhin, quod lacum significat, velut Urbs ad lacum posita; olim enim Withama fluvius, ad quem ipsa sedet, hic diffusior fluebat, ita ut velut lacum efficeret.

Urbs haec aliquandiu Mercia Regum Sedes fuit. Ubi Wilhelmus Conquestor Angliam sub suam redegit potestatem, ipsa ampla erat et opulenta, necnon populosissima; unde Princeps iste non tam ad illius firmamentum, quam civium terrorem in collis superillis Castrum munitissimum amittavit, et eodem ferme tempore Remigius Episcopus Dorcestriensis ad Urbis ornamentum

Uxoris vestigia iuxta Castrum Sedem suam Episcopalem Dorcas-
tria huc transtulit, necnon magnificam Cathedralen Ec-
clesiam in ipso Urbi, vestigia iuxta Castrum B.V. Mariae
et omnium SS. honoribus dicatam extorxit.

Civitas haec diu floruit. ab Eduardo III. in Stabulam, quod
ajunt, id est, in lanarum, coriorum, plumbi, p. emporium
constituta fuit; et quamvis gravioribus malis afflictam non
fuerit, semel namque tantum à Danis diripta et incen-
sa fuit; incredibile tamen est, quantum velut vetustate
victa paulatim decesserit, adeo ut ex 50. Ecclesiis, quas
habuit, vix 15. adhuc supersint.

Ceterum Lincolnia celebratur apud Historicos: Britan-
ni nempe sub Arthuro Rege suo Saxones ab ea repul-
sunt. An. 1140. à Stephano Rege frustra fuit obsepta,
quem ibi Matthildis Augusta proelio exceptum devicit
ac cepit. An. 1217. Henricus III. à Regni Bracibus
sub Delphino Franciae Ludovico adversus ipsum Defensam
obtinuit, atque Ludovicum Londinum primum se reci-
pere, ac brevi post Franciam repetere coegit.

§. VII.

41.

De Northumbria.

Northumbria [Northumberland] magna provincia, olim
Speciale Heptarchiae Regnum; posita est trans Humberum
ad Septentrionem, prout nomen ipsius Northumberland in-
diat. Versus Occidentem Marii Hybernici contorninat,
versus Meridiem Humbero à Meria sejungitur; ad Ortum
mare germanicum attingit, et ad Aquilonem Scotiam.
Longitudo ejus ab austro ad Boream est 148. vel, ut alii vo-
lunt, 160. circiter miliarium Anglicorum, et latitudo ab
Ortu ad Occasum 113. circiter.

Saxones provinciam hanc speciale regnum fecerunt, ac
in binas partes, diviserunt Deiram scilicet et Berni-
ciam; prior propria Northumbria meridionalis
erat, altera vero Northumbria septentrionalis,
ibi interior et eis Tinae fluvium erat, ista vero
exterior à Tina ad fretum usque Scotium porrige-
batur; quae binas partes, quamvis Speciales suos Re-
ges aliquando habuerint, tandem in unicum Regnum
coaluerunt, quod Saxones Northanhumbro-rie, id est,
Northanhumbro-ronum Regnum nuncupaverunt, illudque Ida
Rex primus circa an. Chr. 747. iniisse dicitur, atque ad
posterum suum transmissit usque ad an. 828. quo Egbertus
West-Saxonum Monarcha illud etiam obtinuit, tum-
que Heptarchia finem imposuit, atque Dominus Angliae
Rex salutaris voluit.

Provincia hujus medium perpetui montes occupant,
qui Comitatus illos, in quos nunc describitur, interdivi-

duat, sub illis enim montibus ad Ortum et Mare Germanicum
cum ~~factis~~ jacent Comitatus Eboracensis, Northumbria
propria, et Episcopatus Dunelmensis; et ad Occasum
Comitatus Lancastriensis, Westmorlandia, et Cumberlan-
dia. Singulas has minores provincias modo expendimus.

42. ~~207~~

I.

De Comitatu Eboracensi.

Comitatus Eboracensis |; York-shire, Yorkshire, York-
shire, et York-Eborac:| minorum Anglia provinciarum
maxima, formam habet quadrangularem ambituque
suo 320. miliaria Anglica continet. Limites ejus sunt
ad Occasum Comitatus Lancastriensis et Westmorlandia,
ad Boream Dunelmensis Episcopatus; ad Ortum Ocea-
nus Germanicus; et ad Austrum Darbiensis, Nottin-
ghamiensis, et Lincolnensis Comitatus.

Tres
sunt illius partes, que a tribus coeli plagis ab Anglis
North-Riding, East-Riding, et West-Riding vocantur. North-
Riding seu pars Septentrionalis Terri |; Fes:| Derwentone
|; Derwent:| et longo Usa |; Ouse:| seu usum quasi con-
cluditur.

East-Riding seu pars Orientalis ad
Occasum spectat, que una cum Derwentone flumine
comprehenditur.

West-Riding seu pars occidentalis
ceteris duabus amplior est, et aliquamdiu Usa fluvio,
Lancastriensi limite, et australibus regionis finibus
continetur, vergitque ad occasum et Meridiem; in ea oc-
cidi sive limitanei montes multa emittunt flumina
que singula Usa suscipit et scam in Thumbrum deducit.

Provincia hac temperata censetur ubertatis; si alibi
Saxosa et arenosa est sterilitas, tum alibi adest letifera
arborum fecunditas; si hinc silvis est nuda, illic den-
sissimis obumbratur nemoribus, ita proinde natura tem-
perante, ut ipsa regio etiam sua varietate gratior et
letior videatur; summatione fertilissima est, omniaque
ad vitam necessaria hinc leviori pretio comparantur. fru-
mentis, pueris, feni, et pisibus abundat; pastantes
etiam equos alit. in ea etiam reperuntur glycyrrhiza,
alumen, et achates nigra, adunt etiam calis latonia,
et feni fodina.

Vituli marini supra hujus provincia littorum sequos
loquens ad Solis radios se calefaciunt, atque indormiunt, in-
terim tamen eorum unus in altissima rupe vigiliis agit,
et ad unius hominis conspectum ingentem edit clamorem,
ad quem ceteri evigilantes subito mare repetunt, ac ubi
insentor ipsis imminet, nec satis adhuc ad natandum aqua
habent, tum postius pedibus aquam et sabulum in eum
jaciunt; fulmina ipsis non ita suspecta sunt ac viri, unde
qui illos capere gestant, plerumque vestes muliebres indu-
unt.

~~Interdum etiam ibi videtur, quod si quis in mare~~

et in Brigantium populorum pars fuerit. Vetere illius in-

Præcipui ejus fluvii sunt Thumber (: Thumber;) Arny (: Arny;) Calderus (: Calder;) Danus (: Dan;) Deventio (: Devent;) Nidus (: Nyd;) Ura (: Ure;) Urus (: Urus;) Youre (: Yours;) Ukerfus (: Ukerfe;) et Tesis (: Tes;) Notantur hæc hæquentes Ubes:

1. Eboracum seu Eboracum (: York, Jork, Eborac, olim Britannis Caer Eborac seu Eborac, Saxonibus Eborwic, et Eofer-wic;) Urbs totius Anglicæ Secunda, et post Londonium maxima et pulcherrima, Comitatus Caput, à qua ipse nomen trahit, neon Archiepiscopali Sede præclara. Facet in amœna et ampla planitie ad Uram (: Ure;) fluvium, quam etiam Urum quidam nominant, qui à Septentrione in meridiem placide delabens illam in duas partes dividit, quarum orientalis est proxima, 51. miliaribus Anglicis ad Canonum à Lincolnia, 132. ad Eboracum ab Edin-burgo (: Edinburg;) et 150. ad Canonum à Londono.

Ampla est et forti duntaxat muro variis ad certam inter se se distantiam positis turribus instructo cincta, adificiis tam privatis quam publicis exulta, opibus, curibusque referta, inter quos multi Nobiles et opulenti Mercatores. Anti- quua est, cumque Ptolomeus Brigantium vocat, quod Brigantium populorum Caput esset. Attamen jam Romanorum etate Eboracum dicitur esse, ab Uro, ut quidam volunt, flumine; in eaque Legio VI. Victoria Stationem ha- buit, proinde Colonia Romana extitit adeo spectabilis, ut Severus Imperator in ea palatium habuerit, in quo et vi- tam posuit, ut et Constantinus Chlorus, ujus spiritum cum accepisset Constantinus M. ejus in prima hæc conjugæ Helena filius Statione à militibus Imperator acclamatus fuit. Hinc etiam colligi potest, quanta illis temporibus dignitate valuerit, ut quæ Sedes fuerit Imperatorum. Ut ubi Romani loco cesserunt, Britanniamque præda Barbaris re- liquerunt, tum hæc etiam miserias multis conflictata malis Urbs hæc perdidit, atque velut in solitudinem redac- ta fuit; Donec Edwinus Northanhumborum Saxonum Rex circa an. Chr. 627. Christo se manipavit, tum ipse revi- vescere cepit, neon sub Saxonico imperio aliquamdiu florantissima fuit, usquedum Dani inopinatis inrupen- tes occupatam minis ingentibus deformarunt, funestisque caedibus conterarunt. An. 867. bellis continuis adeo quæspata erant ejus moenia, ut Osbrighthus et Elia Northan- humborum Reges dum Danos persequerentur nubis nego- tio in eam impulerint, qui ambo consentissimo prolis in media Urbe interfecti, Dani, qui in illam se repererant victoriam reliquerunt: postmodum verò ab Ethelstano Rexe ipsis extorta fuit, et castellum, quod hæc firmaverant, fun-

ditus Subrosium. Sub Wilhelmo Normanno dein ulti-
mum ferè excidium passa est; cum enim Suenonis filii
Danica 240. navium classe in proximo terram conscendissent,
praesidarii Normanni, qui in Urbe duo castella tenebant,
veriti, ne Subrosiana domus hostibus adimplendas fossas usui
forent, eas suspendunt, sed agitantibus ventis diffusum
est in universam Urbem incendium, cumque jam tota
arderet, Dani inuentes Normannos fere omnes miserè truci-
dant, captosque reliquos decimant, id est, decimum
quemque eorum sorte ultimo affecerunt supplicio: unde
ita in ultionem exarduit Wilhelmus, ut in cives, quasi
à Danis stetit, intereone, in ipsam verò urbem
redintegratis flammis lavavit.

Funestas has eversiones turbulentarumque tempestates
tandem placidissima pacis tranquillitas excepit, Urbisque
ipsa redivivis opibus resurrexit ad id haud parum con-
ferentibus Nobilibus ac aliis primae notae viris. Re-
quante tamen Stephano Damnum passa est longè
maximum ex fortuito incendio.

Anno 1568. Eboracii actus est conventus Brocerum,
qui in Mariae Scotorum Reginae, qua marito sui cadis
crimine à subditis suis insimulata in Angliam transfu-
gerat, vita rationem inquirent.

Anglicum Anno 1644. Parliamentumque Scoti adversus Carolum I.
Regem suum beligerantes Urbem hanc obsidione cinxe-
runt, atque devoto Comite Palatino Ruperto, qui Urbi
suppetias allaturus venerat, obtinuerunt; tum Caro-
lus una cum filiis suis Carolo et Jacobo et Ruperto Comi-
te Palatino Oxoniun se recepit.

Eboracum inde etiam praecipue celebratur, necnon
ceteris Angliae Civitatibus praestare videtur, quod var-
ris Regi sanguinis Principibus Ducis titulum imperti-
ta fuerit, ac speiati Jacobo II. antequam coronam
adoptasset fuerit. Communiter ferè Regis filius natu-
secundus titulum hunc gestat, morem hunc secu-
tus Jacobus III. quem Pratendentem Angliae nuncu-
pant, filium suum secundogenitum Ducem Eboracen-
sem creavit, qui modo, quod Eulencia se manipavit,
Cardinalis Eboracensis dicitur.

Episcopatus Eboracensis antiquissimus est, ac si non
ab ipsis Apostolis, saltem ab ipsorum Discipulis funda-
tus dicitur, necnon sub Romanis stetit usque ad Sa-
xonum irruptionem, tum enim unicum Religionem
Christiana ab ipsis extinctus fuit: at cum Sauro VII.
Eboracum Nordanhumbroorum Rex opera uxoris suae
Edilburgae Ethelberti Cantianorum Regis filiae Chris-

tianam Religionem amplexus fuisset, tum ipsa restituta fuit, atque dignitas Episcopalis in hac Urbe convaluit; palloque Dein ab Honore Papa ad Episcopum Paulinum missa facta est Civitas Metropolitana, quae, praeter duodecim in Anglia Episcopatus, in omnes Scotia Episcopatus Primatis jure fungeretur: Sed cum postea Scotos inter et Anglos inuenta belia exarsissent, tum sub finem saeculi XV. Episcopi Scotiae ab hac Metropoli defecerunt, ipsaque alios vicinos Episcopatus, tenues illos quidem et fere umbratiles ita devoravit, ut jam quatuor solum sub se habeat Dunelmensem scilicet, Cestriensem, Carlileensem, et Manensem sive Sodoreensem in Mania Insula.

Urbs haec in viginti circiter Parochias distributa est. Eulæria Cathedralis S. Petri honoribus dicata tam magnifica est et speciosa, ut maximum Civitatis sit ornamentum, atque inter pulcherrimas Europae Cathedrales Eulærias recenseri mereatur. An. 627. ab Edwinus Nordanhumbroorum Rege ricius ad Christianismum converso edificari coepta, ab ejus successore Oswaldo finita fuit: postea regnante Stephano, cum fortuito incendio Urbs ipsa deflagaret, eo etiam haec Eulæria absumpta fuit, ac primum sub Eduardo I. illius loco, ea, quae nunc extat constructa est. Eo incendio instructissimum Bibliothecam illam quoque periisse ajunt, quam Egbertus Archiepiscopus, qui circa an. Chr. 750. vixit, hic instruxerat, et ex qua celebris Alcuinus, qui Caroli M. aetate floruit, doctrinam suam hausisse dicitur. Juxta hanc Eulæriam, sed extra moenia, suis tamen muris et flumine inclusum nobilissimum S. Mariae extitit Monasterium, quod Henricus VIII. in aedes Regias convertit.

De praesinentia et Primatis Angliae prerogativa cum Archiepiscopo Eboracensem inter et Cantuariensem alteratum fuit; tandem vicit Cantuariensis, ea tamen lege, ut Eboracensi etiam Primatis titulo uti liceret. Hic Regiam coronat, estque ejus perpetuus Capellanus.

Iniis Romanorum Imperii et priusquam Religio Christiana invocata fuisset, Bellona Eboraci Templum habuit; adfuit etiam Praetorium sive Tribunal, vel hoc nomine felicissimum, quod Amilium Paulum Papinianum* Juris et Jurisprudens oraculum audierit.

2^o. Hullum seu Petuaria: Kingston upon Hull, id est, Urbs Regia ad Hullum; communiter Hull: Urbs posita ad occidentalem fluminis ripam et boreale Humbroni fluvii ostium 12. circiter miliaribus à Promontorio Spurnhead Anglis dicto, quod idem significat ac Promontorium calcaris, ubi fluvius iste in immensum expansus mari immargitur. 36. miliaribus Anglicis ad Eboracem ab Eboraco; totius Comitatus port Eboracem facile celeberrima, quamvis antiqua non sit, ut quae primum ab Eduardo I. qui an. 1272. regnum inivit atque 7. Julii an. 1307. fati

* Papinianus: Amilius Paulus: celeberrimus Juris Consultus iniis libellis Praefectus fuit, postea Advocatus Graeci, ac Deum Praetorium Praefectus sub Severo Imperatore, qui erga eum admodum benevolus fuit, siquae moriens binos filios suos Antonium Caracallam et Gellam commendavit.

cum huiusmodi prior caput civitatis dicitur: Is enim pergens a loci opportunitate
autem hunc neni de- in eo urbem hanc edificavit, atque Kingston, quod idem est
dixit, ac patrium, ac Regia Civitas, appellavit, postquamque ibi, iam existentem
istud Papinianus, ipse ampliat, eamque peculiaris privilegiis donavit, adeo ut bre-
nati tueri nec opus esse vi vel maxime florere coeperit. Sunt, qui dicant Richar-
vallet, capite plebeus di II. ex Edmudi I. filio nepotis tempore ibam ex viculo et
fuit an. chr. 212. piscatorum casulis in eam dignitatem emersisse, ut, post
Multos per celebres Dis- obtenta ab eodem Richardo magna privilegia, magnificis
cipulos post se reliquit, inter quos Alpianus edificiis, firmis propugnaculis, navibus instructissimis,
et Caulus in Braseta Mercatorum copia, et rerum omnium affluentia em-
ra Bratorii ipsius hu- porium huius Tractus celeberrimum facta fuerit; idque
capites fuerit. Scrip- ceptum referre Cives partim magnis, que à Richar-
sit Questionum lib. 17. do impetrata, privilegia, partim quatuor ex Islan-
Responsum lib. 19. dia Banchis (Hochfisch) quibus divitias congesserint
Definitionum lib. 2. maximas, unde brevi admodum temporis spatii moeni-
De Adulteriis lib. 2. bus ac urbis turribus, qua flumine non defenditur,
urbem suam sepsissent, atque tandem ab Henrico VI. Civi-
tatis jura municipalia obtinuerint.

Certe Hullum modo adhuc amplissima Civitas est pul-
cherimis edificiis et comitis ornata; duas tamen
duntaxat numerat parochiales Ecclesias. Ad
partem fluminis murum habet, ad quem naves ap-
pellunt, una cum taberna tributaria et magnifi-
ca Basilica (Börs) an. 1621. erecta. Moenibus
fossis, propugnaculis, et castro instructa est, ita ut
inter munitissimas totius Regni Civitates recensatur.
Titulo Comitatus gaudet.

3^o Richmondia, Richmondia, et Rigodunum (Richmond, Richemond, et Reichmond) (Urbis
Caput ejusdem nominis territorii, quod Wilhelmus
Conquestor nepoti suo Alano Britannia Comiti dedit,
atque in ejus gratiam in Comitatum coeuit, demum-
que Henricus VIII. Ducatum fecit, atque filio suo notho
concepit. Sita est ad ripam Suvala (Suwale) fluvii
37. miliaribus Angliis ad Africum ab Eboraco. Exi-
quo moenium circuitu inclusa, productis tamen ad tres
portas suburbis satis frequens est. Eam extruxit Ala-
nus Comes supra ruinas Ospidi, cui Gilling nomen; alii
villam duntaxat fuisse dicunt; ubi Oswinus Nordan-
humborum Rex hospitis sui insidiis interfectus fuerat;
ad cujus eadem expiendam ibidem edificatum est Ordinis
S. Benedicti Monasterium, quod in summo honore à Saxonibus
habitu fuit, tandemque sub Henrico VIII. evasit.

Porro Richmondia Territorium seu Comitatus Richmondien-
sis (Richmondshire) in visis rupibus, et montis collibus fe-
re totus eminet, quorum convexa sunt alibi satis herbi-
da, radices, convallisque non omnino infertiles: montes
vero ipsi plumbo, carbone fossili, ne non are quividi sunt,
in quorum summitatibus interdum reperiuntur lapides cohesi

marinas, et alia aquatilia referentes, qui si non sint naturæ mira-
cula, refusi in omnem terram sub Nœ diluvii certa sunt in-
dicia. In iis etiam sunt capre, Dami, et cervi magnitu-
dine sua et ramosis cornibus spectatissimi.

II.

43.

De Comitatu Lancastrensi.

Comitatus, vel, ut aliis placet, Ducatus Lancastren-
sis: Lancashire seu Lankashire, Saxonice Lancaster Shyre.
Limites habet ad Ortum Comitatus Eboracensem, ad
Austrorem Cestriensem ubi latior est, ad Occasum Mare
Hybernium, et ad Boream Westmorlandiam, ubi paulo
coarctatus in angustum, ac innocte Maris sinu abrum-
pitur. Inque partem non cuiquam ultra sinum habet,
qua Cumberlania adiacet. Eius ambitus est 170. millia-
rium Anglicorum.

Hic in hac provincia spirat optimus, minimisque nebulis
obnoxius. Illius pars aqua et plana, altera montosa
saxosa, et plerumque infructuosa. Ubi in campos aqua-
tur hordei, tritici, cannalis et pasuorum fertilis est, ad
montium radices avena fertilior, ubique solo tolerabili
nisi uliginosis quibusdam et minimis salubribus locis, que
tamen sua utilitate non carent, abrasa enim superficie
unctuosum cespitem seu glebam ad ignis fontem, et non-
nunquam arbores, que diu defossa ac velut obruta et se-
pulta jaceant, præbent; inferius vero margam ad stero-
randos agros affatim alibi suppeditant, qua tellus, homi-
num opinione, frugum impatiens, ita nitescere incipit,
ut majorem olim hominum fuisse inestiam, quam terre
ingratitude existimare liceat.

Piscibus, volatilibus, feris, et pecoribus superbit, præser-
tim armentis, bovesque habet prodigiosa magnitudinis.

Adignem fovendum non modo suppeditant respite sed
et carbones fossiles, quorum magna adest copia, ex quibus
etiam varia conficiuntur vasa, que ex achate nigra velut
facta apparent. Adsumt etiam latomia, à quibus lapi-
des ad construenda edificia apti eruntur.

Incola, qui olim pars Brigantium fuerat, fortes sunt et
animosi facieque decori, præsertim mulieres: Mage Lan-
castrenses per adagium vocantur, quod pulchritudine sua
vivos fascinant.

Inter omnes Angliæ provincias nulla est, in qua tot Catho-
lici inveniantur, ac in ista. Ipsa Comitatus Etlatini
titulo insignis est, atque variis Regii Sanguinis Principi-
bus Ducatus titulum impertivit, namque Angliæ ipsi
quatuor dedit Reges Liliat Henricum IV. V. VI. et VII.
qui ultimus accepta sibi in uxorem Elisabetha Eduar-
di IV. ex Eboracensi familia oriundi filia et herede, binas
familias Eboracensem nempe et Lancastriensem, quarum
jus ad coronam, quod ambo pertendebant, multi utrinque
effusi innois occasio fuit, feliciter conjunxit.

Præcipui hujus provincie fluvii sunt Mersejus | Mersey | Rib-
bellus | Ribble | et Lonus seu Lunus | Lon seu Lune |. Nu-
merantur hic etiam varii lacus, quorum præstantiores sunt
Winanderus | Winander Meer | totius Angliæ maximus, et
10. miliaribus longus ac 4. latus, necnon partem provincie
à Westmorlandia separatis, et Mertonus | Merton-Stream |
prioris aqua limfida est, fœdumque ipsius operiunt lapilli,
tritas, lulos, percas, optimique pisem, qui Chaar dicitur,
suppeditat in abundantia. Notatur Duntanat

Lancastria seu Loncastria | Lancaster verius Loncaster |
urbis provincie caput, cui et nomen tribuit, ad ripam Lon
seu Lunæ | Lon seu Lune | fluvii, qui ibi pulchro quinque
arcuum ponte consistitur, et à quo ipsa nomen habet, posi-
ta quinque miliaribus à mari Hybernicis, et 187. ad Caronum
à Londino. Loco eminenti prope fluvium visitur exiguum
Castellum, quod modo provincie castellum est, et in quo
sepsiones celebrantur.

Ampla non est, nec nisi unicum, illud tamen speciosum
habet Templum ubi olim Monachi coenobium habebant.
ut et inundo posita sit loco, pauci tamen sunt ejus incola,
et rari ab ceteris frequentantur. Cives agriculturam exer-
cent neque rustica vacant, circumvicinus enim ager cul-
tus est, apertus, florens, nec silaris nudus. Inter publi-
ca ejus ædificia eminet Prætorium.

Quidam existimant, quod sit Romanorum Alone, quod
Britannis ad seu super Lonum significat, et Alone libri
Notitiarum; ajuntque Romana vetustatis argumentum
præbere Casarum nummos, qui, maxime ubi coenobium fuit,
interdum videntur, p.

44. 289

III. De Cumbria.

Cumbria | Cumberland | confinis est ad Aquilonem Sco-
tiae, ad Occasum mari Hybernicis, ad Austrum Westmor-
landia et Lancastriensi Comitatu, et ad Ortum Northum-
bria propria, Dulneicensi Episcopatu, et Westmorlan-
dia. Ejus ambitus est 155. miliarium Anglicorum, Lon-
gitudo 45. et latitudo 30. ciriter.

Provincia hæc, quamvis ob septentrionem situm suum
paulo frigidior, et ob montes asperior videatur, sua ta-
men varietate perustrantibus amidet. Post verrucosas
enim rupes, et confertos montes metabis are siliicæ ac
plumbo gravidos, quibus et feris refertos, quibus
lacus omni volatilium genere abundantes interjacent;
succedunt pabulosi colles gregibus referti, quibus rursus
substernuntur porrectæ plantiæ fungibus satis fœcundæ.
Ad hæc Oceanus, qui ad littus alliditur non modo, sed et flu-
vii, inter quos Iduna | Eden seu Eiden | est præcipuus, qui
illam irrigant, necnon lacus piscium optimorum innume-
ra alunt examina, præsertim lacus Ulles Water dicitur,
in confinis Westmorlandia positus, et quem aliqui
huc provincie adscribunt, qui pisem exquisiti saporis Chaar
seu Chaar nuncupatur vocit.

Inter procellos ipsius montes celebratur ille, qui Wry-Nose dicitur, propter tres sacros seu terminales lapides in illius ca-
mine positos ac uno duntaxat pede ab invicem distitos, quo-
rum primus in Cumbria est, alter in Westmorlandia, et ter-
tius in Lancastriensi Comitatu.

Romanorum aetate hujus provincia, Incola pars Bri-
gantium Britannicorum populorum fuisse, Speciatim au-
tem Kambri seu Kumbri nuncupati fuisse, quod nomen
et provincia dederunt, quam adversus Saxones tute sunt us-
que ad an. 940. quo Edmundus I. Rex Anglia eos subjungit,
provinciaeque Marcolmo I. Scotia Regi, quod ipsi ad reupe-
randam Northumbriam auxilio fuisset, in feudum tradidit,
quam postea Henricus II. Anglia Rex, post devictum et captum
non procul ab Almerico Wilhelmum Scotia Regem, an. 1174.
denique corona adjunxit. Sub Henrico VIII. an. 1525. in Co-
mitatum erecta fuit, atque titulus illius Henrico Clifford tra-
ditus, qui in illius familia permansit usque ad an. 1642. tum
enim Carolus I. illam ea Comitatu Ducatum fecit sub perso-
na Principis Rupertii Electoris Palatini Grisevici et Sororibus
Jacobi I. filia filii: eo sine herede 29. Novemb. 1682. Londini
fatis fuisse, titulus iste ad Georgium Danica Principem et Au-
re Magna Britannia Regina maritum 16. April. 1689. trans-
latus est a Wilhelmo III. Denique an. 1726. Wilhelmus
Augustus Georgii II. modo feliciter regnantis, tunc adhuc Wal-
liae Principis ~~Secundo~~ secundo genitus Dux Cumbria creatus est.

Nulibi in Anglia tot antiquitates Romanae ac hie, et in
Northumbria propria inveniuntur, id inde est, quod, cum
bina hae provinciae inquietis et turbulentis Scotiae et pictis con-
fines essent, Romani, quo illas ab his tutas praestarent, multa
propugnacula in illis erigere eaque validis praesidiis munire
debuerint. Hic etiam Nobilium aedes communiter velut
arces munita sunt, idque factum ob viciniam Scotiae Angliae
Regno nondum conjuncta. Recenseri duntaxat mentem

Carleolum |: Carlisle et Carlisle:| Urbs antiqua, Caput pro-
vinciae sedisque Episcopalis sub Archiepiscopo Eboracensi,
ab Henrico I. qui ab an. 1100. usque ad an. 1135. quo 1. Decembris
mortuus est, Regnum Anglia tenuit, instituta. Sita est ad
Itunam |: Eden:| fluvium 235. miliaribus Anglicis ad me-
lem a Londino. Figura est oblonga nec ampla. Insulam
pene efficit, ut que ex omni parte, si meridionalem excipias,
aquis circumdatur, nempe a Septentrione ab Ituna, ab
ortu a Beterido |: Beterill:| et ab Occasu a Canda |: Caud:|
frater hac natura munimenta validis moenibus e sano qua-
drato, duobus Castellis uno ad occasum a Richardo III. al-
terum ad ortum ab Henrico VIII. aedificatis firmatur.

Romani et Britanni eam Lugu-vallium, et Lugu-balli-
um seu Luguballiam, Ptolomaeus, ut nonnullis visum, Leu-
copibiam, Saxones Lucl dixerunt, a voce Lugu seu Luu
qua prisus Celtis et Britannis, quorum eadem erat lingua, Lur-
rin significavit, et a nominatissimo illo Romanorum vado

u.
61.
Bre-
uis
1.
c. 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.

* Vallum hoc ab hac militari*, quod sub urbe cernitur, velut Turrim ad vallum
 urbe usque Neora, significaret. Notandum istud post Romanorum tempora
 trum in Northumbria aliq. remanere adhuc retinuit; nam in Diplomate Egfridi
 propria perhibetur. Northumbroorum Regis an. 689. edito, quo B. Cuthbertus illam
 à Romanis sub Ha- Donavit, Lugubalia vocatur. at postmodum recentis-
 drione Imperatore erutum fuit, ut Pri-ri vocabulo Angli illam Carile Latini Carleolum di-
 cantiam meridiona- xerunt.
 tem ab incursionibus Romanis temporibus urbem hanc floruisse varia anti-
 quorum seu Scoto- quitatis indicia subinde eruta, et celebris ejus tunc tem-
 rum Britannia sep- poris memoria satis affirmate loquuntur. Post Briticos
 trionialis insula- etiam at Scoticos, furores pristini splendoris nonnihil ve-
 rum, quos subigere hoc- tituit: postea à Danis ingentibus ruinis deformata annos
 tantis non valuerant, plus minus ducentos, suis cineribus sepulta jacent. Donec
 tutam praestarent. Regis Wilhelmi Rufi Wilhelmi Conquestoris filii auspici-
 bus adhuc alia hujus- cius demum reflorescere coepit, qui novis aedificiis eam ins-
 ve extulerunt hujus- tauravit et coloniam ex Australibus Anglis eò seduxit,
 modi valia, unum a succedente etiam tempore ab Henrico I. ut jam dictum,
 Bavaria ad Africum in Episcopalem dignitatem erecta Athulphum primum
 justà limites Scotia Episcopum habuit.
 et Anglia Carleolum Anno 1745. mense Novembri Princeps Eduardus exulis Jaco-
 usque protendebatur. bi III. Regis Anglia filius primogenitus, à Scotia, in quam
 Antonino Div. Ter- Regis Gallia, tunc cum Anglis bello impliciti, promotu fuerat
 tium denique sub Se- excensionem, adveniens urbem hanc mense Novembri occu-
 vero ab astuario glo- pavit, at sequenti anno Decima Januarii Wilhelmus Au-
 usque ad astuarium Bo- gustus Georgii II. secundogenitus illam demum recuperavit.
 dotria perductum in Scotia meridionalis Titulo Comitatus gaudet.
 limitibus versus septen-
 trionalem.

45.

IV.

De Westmorlandia.

Westmorlandia, Westmaria, et Damii Westmaria
 Westmorland:| confinis est ad Austrum et Euronotum
 Comitatus Lancastriensi, ad Occasum et Aquilonem Cum-
 bria, et ad ortum Comitatus Eboracensi. ab Aquilone
 ad Austrum ad 30. miliaria Anglica protenditur, ab ortu
 vero ad Occasum ad 24. ejus ambitus est 112.

Aer in ea spirat rarus seu subtilis et rigidus, paulo frigidius,
 sed purus nullisque permixtus nebulis, unde incolae prospera
 gaudent corporis sanitate, vitamque in seram usque senectam
 protrahunt.

Tota inter montes altè pertringentes collocata solum
 habet humidum et infertilem, ingentique labore opus,
 ut frugum quidpiam ab eo extorqueatur, unde magna ex
 parte inculta jacet; ob id Westmorland, id est, multa
 ad occasum regio ab Anglis dicta est; loca enim inculta,
 quae non facile agricultura sublevari possunt, Moors
 ipsi vocant.

Part tamen ejus Australis, quae angus-
 tiori spatio Lomum | Lon: | inter et Winanderum lacum
 | Winander- meer: | concluditur, atque Baronia de Candale
 | The Baronie of Candale: | seu simpliciter Candalia nuncu-
 patur, satis ferax in vallibus habetur, licet et suas asperas
 glabrasque cantes ostendat.

Præcipui ejus fluvii sunt Ituna | Eden: | Nam seu Carnus
 | Rån seu Rån: | Lomus | Lon: | et Luthorus | Louthor: | pro-

pe quem fors est, qui certis temporibus maris instar aestum patitur.
Cum varii Domini titulos suos ex hac provincia sortiantur,
inde etiam varia in ea occurrunt Arces eorum et Domus campe-
stres. An. 1398. à Richardo II. in Comitatum erecta fuit.

Olim Brigantes etiam hanc terrarum provinciam. Occurrit
1^o Canvalia | Kandal et Kendal: | Urbs exigua et non nisi
duabus productis plateis se se intersectantibus comprehensa
cruem referre videtur. Jacet ad occidentem Cani seu Kani
| Kan seu Ken: | fluvii ripam in ejusdem seu nominis valle.

Opulenta est et populosa lanificii gloria et industria ita
praevalens, ut eo nomine sit celeberrima: cives enim per uni-
versam Angliam laneorum pannorum copiosam exercent mes-
caturam. Tres in ea numerantur Ecclesie, quarum una
amplitudine sua reliquas longè superat. Adest etiam
Schola publica, è qua identidem Scholares certo numero
Oxonium ad Reginae Collegium mittuntur. **Kanus** hic

tribus pontibus consternitur, quorum duo sunt lapidei, ter-
tius vero ligneus; non procul ab isto cernuntur ruinae Castellum
in quo Catharina Bore Sexta et ultima Henrici VIII. uxor pri-
mam hucem asperxit.

Maximus hujus urbis honor est et gloria, quod Barones, Co-
mites, et Duces hunc suum eximium titulum ab ea habuerint,
non procul ab illa bina sunt cataractae, quarum una,
cum altiorum et minorum tonum edit tempestatem
serenam, altera vero cum simili tono nebulas et pluvias
portandit.

2^o Aballaba seu Abellaba | Aylaby, Ayalby, et Adal-
bye: | Urbs vetustissima, Caput Westmorlandiae, in
agro haud inamoenos ad australem Ituna | Eden: | ripam locata
200. miliaribus Anglicis ad castrum à Londino.

Olim celebris erat, undè inque immunitatibus fruabatur,
ac Eboracum; modo unica comprehenditur platea. Ha-
bet Scholam publicam, Xenodochium, ac firmo Castro
protegitur, quod publicum est maleficis ergastulum. Ca-
terum ita infrequens est et ineleganti structura, ut nisi
vetustate merisset primarius Regionis censei locus, et
Juridicos conventus, quos **Asisas** vocant, in suo Castro
habere, parum à vico abisset.

V.

De Comitatu Dunelmensi.

200. 46.

Comitatus seu Episcopatus Dunelmensis seu Dunelmen-
sis |: Duramshire, seu Duresme, vel Bishoprick of Du-
ram; id est, Episcopale Regnum Dunelmense: | ad Septen-
trionem Deventione et Tina à Northumbria propria
secomitur; ad Ortum Mari Germanico continetur;
ad Meridiem Tesi seu Teisi et Teisa |: Tees: | fluvio à Comi-
tatu Eboracensi distinguitur; et ad Occasum confinis
est Northumbria propria, Westmorlandia, et exigua sui
parte Cumbria. Trianguli figuram exhibet, cujus
apex Occasum, latera meridiem et Septentrionem, basis
vero Orientem respicit, et ora maritima attingit.

Longitudo ejus est 32. Latitudo 27. et ambitus 107. miliarium Anglicorum.

Cum hæc regio hæc prout sit à Scotia hyemali tempore aër admodum frigidus in ea spirat; qua in apicem coarctatur campi sunt nudi, silvæ rarsæ, colles glabri, sed non sine ferri et plumbi venis, convalles autem sunt graminosa. Ad orientalem vero partem sive trianguli basim, uti etiam ad latera cultiva terra per quam est grata, seditusque cum Agricolarum labore contendant, pratis, passuis, arvis distincta, oppidis profin conita, et carbone fossili seu bituminoso, quo pro ignis alimento utuntur Incola, copiosa.

Una est ex illis provinciis, quæ Palatina dicuntur, ac aliâ Episcopus Supremo dominabatur imperio, juriisque potiebatur regalibus, adeo, ut causæ criminales æque ac civiles suo nomine sjudicarentur, necnon proscriptionum bona illi, non Regi, caderent: at horum juriarum pleraque modo corona adjuncta sunt.

Olim tota hæc regio cum aliis etiam vicinis terra sive patrimonio S. Cuthberti vocata fuit, cujus ipse valuit patronus habitus fuit, qui in prima Saxonica Ecclesia infantia Lindisfarneus in Northumbria propria Episcopus vitam tanta sanctitate et integritate transegit, ut inter Sanctos relatus fuerit, Anglicaque Reges et Proceres non solum ejus corpus devote sapenumero inviserint, sed etiam amplissima latifundia, et plurimas immunitates invocarint. Egfridus Rex magnos redditus in ipsa Urbe Eborac, et Eboraciam civitatem ipsi S. Cuthberti, dum adhuc ægeret in vivis, dedit. Alfredus quoque Rex Saxonius ipsi et successoribus suis universam regionem, quæ intra binos fluvios ~~Wear et Tyne~~ Verbam | Ware | et Tinam | Fine | continetur donavit, quam donationem Successores ipsius Eduardus, Athelstanus, et Canutus Danus non modo confirmarunt sed et auverunt, ut et Wilhelmus Normannus, à cujus tempore Comitatus iste Palatinus fuit, Episcopusque sua jura regalia, quæ jam diximus, atque etiam moneta videnda privilegium habuit. At Saulo XVI. sub Henrico VIII. jura hæc et privilegia, ut Statuti seu legis auctoritate valde immunita fierent, tandemque sub Eduardo VI. ejus filio ultimoque illius regni anno, dissolutis Episcopatu, omnes ejus libertates et immunitates necnon redditus Parlamentum corona adjunctit; sed statim Maria in Regno ei succedens, refixa Parlamenti constitutione, omnia ad pristinum statum reduxit. Olim hujus provincia Insetiam etiam pars Brigantum fuit. Notatur Insetiam

Dunelmum sive Dunhelmum | Durham | Urbis Caput provincie et Sedes Episcopi sub Archiepiscopo Eboracensi, posita supra collem ad ripam Vedre | Ware seu Were | fluvii, qui etiam fere undique circumluit, unde Saxones eam Dunholm vocarunt, Dun enim collem, et Holm arvicam

insulam apud ipsos seu potius Britannos significabant, ex quo Dunelmum fecere latini, Angli vero in Durham corru-
perunt.

Urbis haec antiqua non est, et Danorum in Angliam incur-
siones non exedit; cum enim Helylandia seu Lindisfar-
nensis Insula Episcopus Aldwinus et ejus Monachi bellorum
calamitate ab ipsis exagitati incertis sedibus cum S. Cuth-
berti reliquiis vagarentur, tandem circa annum Salutis
995. hoc considerunt loco natura quidem munito at non fa-
cile habitabili, et quem densissima silva undique cinge-
bat; ea excisa et eradica, primo Ecclesiam et Monas-
terium, tum alia habitacula erigunt, qua populi
concursum in Civitatem exuerunt, qua et Episcopalis fac-
ta est, Sedem suam in ea figente Aldwinus Lindisfar-
nensis Insula Episcopo.

Postmodum sub Wilhelmo Conquestore Angli illi, qui
Normanicum imperium aquis oculis intueri non pote-
rant, locum jam a natura munitum arte magis adhuc
firmarunt, necnon in belli sedem elegerunt, negoti-
umque non parvum Wilhelmo facerent Suenonis
II. Danica Regis, cujus patrocinium implorant, adven-
tum praestolantes. Sedum res ex sententia haud cessis-
set, fracti animis fuga sibi conculcerunt; tum
Wilhelmus urbem ingressus, multis ad Ecclesiastica liber-
tatis firmamentum indultis privilegiis, Castrum juxta
Ecclesiam in eminentiori collis parte extruxit, quod postea
Episcoporum habitatio factum est. Eodem fere tem-
pore Guilielmus de Carlepho Episcopus, demolita illa
Ecclesia, quam Aldwinus aedificarat, aliam meliori opera
incipit, quam Radulphus Successor perfecit, et qua spe-
riorem omnino est aedificium.

An. 1346. 20. Octobris prope hanc urbem David Bonus,
Scotia Rex ab Anglis gravem cladem accepit, atque captus
fuit. An. 1645. post praelium prope Newburgum: New-
bury: in Westsaxia, Urbis haec Suetis cepit, quam tamen annis
sequenti deseruit.

VI.

De Northumbria propria.

29720. 47.

Northumbria: Northumberland: triangularis sed
non aequilatera figura est, cujus apex Septentrionem
basis vero meridiem respicit. In apice et latere oc-
cidentalibus Scotia jungitur; basis Dunelmensem
Comitatum attingit, et latus Orientalis a mari Germa-
nico pulsatur. Ejus ambitus est 143. miliarium
Anglicorum. In hyeme rigidum habet aërem, at-
que plerumque alta nive tegitur. Solum ipsum
magna ex parte asperum, montosum, cultusque du-
rum est; attamen quibusdam locis praesertim versis

Mare et ad Tinam |: Tine: | fluvium ingenti colorem labore et diligentia admodum fertile factum est. Fluvibus in locis occurrunt Carbonum bituminosorum seu lapideum lithastracium fodina, qui per Angliam, praesertim Londinum ducuntur, à quibus Incola haud exiguum trahunt commodum. Adhuc etiam non parva plumbi vena. Legio haec quoque feris venaticis et piscibus abundat. Praecipui ejus fluvii sunt Tine: |: Tine: | et Tueda: |: Tueda: |

Olim hanc provinciam incolere Othadini. Occurrit
1^o Novum Castrum seu Neocastrum |: New-Castle: | Ubs Caput provinciae posita in colis clivis ad Tinam .7. miliaribus Angliis à mari, et 212. ad Curiam à Londino. Ampla est, populosissima et opulenta. Portum habet nobilem, quam Tine efficit, et qui profunditate sua naves valde magnas admittit, ac ita defendit, ut nec tempestatibus facile jactari, nec vadis afflictari possint. Carbonum bituminosorum fodinis pensè circumvicinata est, frequentissimumque est in ea idorum commercium, quo ipsa fit opibus florentissima. Octo habet Ecclesias, quarum quatuor sunt parochiales, inter quas eminent ea, quae S. Nicolai dicitur, supra eodem posita Cathedralis emulatur Ecclesiam.

Olim atque etiamnum adhuc sub Normannici imperii initium Monaster vocabatur à Monachis, quod forte illius ortui dederint occasionem. At postea à novo Castro, quod Robertus Wilhelmi Conquestoris filius ibidem extruxit, Novum Castrum seu Neocastrum dicta fuit. Magnis gaudet privilegiis ab Elisabetha Regina obtentis. Sub Jacobo I. titulo Comitatus decorata fuit, quem Carolus I. in Ducatum mutavit.

2^o Hagustaldum, Hagulstadium, Hagulstadium, et Hexanum seu Hexhamum |: Hexham seu Hexam: | Oppidum sive Ubs ad australem Tine ripam posita 14. miliaribus Angliis ad occasum à Neocastro, et 210. ad Curiam à Londino. Veteres illam Axelodunum nuncupaverunt. Eam Saxoniae Ecclesia principio Etheldreda Egfridi Regis conjux S. Wilfrido Eboracensi Archiepiscopo pro aliis possessionibus, ab ipso eadem capis tradidit. Eodem tempore Episcopalem sedem in hac ube constituit Rex Egfridus; sed dignitas haec post octavum Episcopum intonantibus Daniis bellis tota evanuit: interim illius jurisdictionis primum ad Archiepiscopum Eboracensem, demum sub Henrico VIII. Decreto Parlamenti ad Episcopum Dunelmensem translata fuit.

Celebratur Ubs ista funesto proelio, quo Joannes Nevillius Montisauti |: Montacute: | Marchio Lancastriensis Duxes magno animo aggressus, majori successu fudit, et ideo ab Eduardo IV. Comitibus Northumbria titulo decorari meruit. Aderat hic Ecclesia Cathedralis, quae magnifi-

centia sua plerasque Anglia Ecclesias Superabat antequam maxima sui parte à Scotis vastata fuerit.

3^o Morpithum | Morpeth sive Morpith: | Urbs satis ve-
nusta 10. miliaribus Anglicis ad Aquilonem à Newcastle ad
Tinam sita. Quidam Geographi arbitrantur illam esse
Crossopitum, Costopitum sive Mostopitum Ottadinorum

4^o Alneviuum | Alnewick, Anewick, Alnewick, seu Aln-
wick: | magnum Oppidum ad Alnam | Alne: | fluvium, à
quo nomen sumit, positum, 3. miliaribus Anglicis à
Mari Germanico inter Barovicium ad Septentrionem,
et Neocastrom ad Meridiem. 226. miliaribus à Londino.

Hic an. 1174. Sub Henrico II. Anglia Rege Wilhelmus
Rex Scotia ab Anglis proelio fuit, et captus fuit.

Anno 709. Bertwaldus et Welfridus Archiepiscopi Can-
tuariensis et Eboracensis Synodum in hoc oppido
habuerunt, in qua donationes quibusdam Monaste-
riis facta fuerunt confirmata.

5^o Barovicium, Barovicium, Berovicium et Ber-
ovicium | Berwick, Barvic, et Barwick: | Ampli, po-
pulosa, munitissima, ac ultima Anglia versus Scotiam
Urbs cum Castro, quod Henricus II. excitavit, Elisabe-
tha Regina autem munitionibus auxit, supra eadem
porta ad ripam Tueda | Tweed: | in confinis Scotiae
ad quam olim pertinet, 40. miliaribus Anglicis
ad Aquilonem à Newcastle, 249. à Londino, et 108.
ab Eboraco. Mari et Tueda ferme circumwalla-
tur, ita ut peninsula ab ipsis efficiatur. Cadi-
tur esse Ottadinorum populorum Tuedis.

Intis ad Scotiam pertinet, ut dictum, at postmodum
variante fortuna modo Scotorum modo Anglorum fuit,
Iones sub Eduardo IV. à Thoma Stanley in Anglorum
potestatem redacta fuit, penes quos etiam permansit
usque ad an. 1640. quo Scoti Angliam invadentes
illam occupaverunt, quo tamen brevi post ad Anglos
redit.

Titulo Ducatus fovitur, quo Jacobus II. an. 1686.
filium suum nothum Jacobum Fitz-James*, quem
Isabella Churchill famosi Ducis Marlbergensis
|: Marleboroug: | Soror ipsi genuit. Patrem in Galli-
am profugum secutus, Dun et Bar Francie nemon
Supremus Castrorum Praefectus factus fuit, atque
an. 1734. 12. Junii, dum Philippoburgum ad Rhenum
obsidebat, tormenti bellici glauce minutus capite obit.

6^o Holylandia | Holyland: | Insula ad ad Orienta-
le Northumbria litus sita, à qua angusto maris

* Fitz-James latine
Wam est ac filius
Jacobi

frato seu brachio duntaxat separatur. Olim Lindisfar-
nia seu Lindisfarnensis Insula, dicta fuit, nec alio no-
mine in monumentis praesertim Ecclesiasticis venit.
At postmodum Holy-Island, id est, Insula Sacra mun-
cipata fuit propter Monachos, qui vita Sanctioris gratia
ad illam se contulerant. In ea fuit Benedictinorum
Monasterium, cujus Templum Cathedralis, et Abbas
Episcopus fuit. In eo Theologia docebatur, In-
cunq̄ue non nisi Deo dicata persona incolebant. S. Ai-
danus natione Hybernus primus hic fuit Episcopus;
S. Oswaldus ei an. 636. hanc Insulam tradiderat, ut
in ea Monasterium edificaret; idem Dani devastä-
runt exturbatis cum suo Abbate et Episcopo Mona-
chis, qui, quod supra retulimus, incertis sedibus va-
gantes, tandem eo loco, qui Dunelmum vocatus est,
consecerunt.

Insula haec aërem minus salubrem patitur, solinque
habet infructuosum, unde et populorum est infrequens.
Oppidum, Castellum, et Ecclesiam unicam numerat.
Portum habet satis commodum munimento protec-
tum. In ea nec riveta nec pasua sunt; venatio
in duntaxat et piscationi insumbunt incola.

7^o Sex ab ea miliaribus Anglicis ad Levonotum est Garnia
| Garne: | exigua Insula, in qua S. Cuthbertus exorta
sibi cella vitam duxit eremiticam, atque an. 688. Epi-
scopus Lindisfarnensis factus huc episcopum habuit an. 688.
S. Ebertum.

48. ~~48.~~

S. VIII.

De Wallia

Wallia seu Ducatus Wallia | Wales, Vales: | Provin-
cia ad occidentalem Anglia plagam collocata. Undique
pater ad orientem, mari pulsatur, limitesque habet
ad ortum Mercia Comitatus (estricensem, Salopiensem,
Herefordiensem, et Monmouthensem; ad austrum fre-
tum S. Georgii seu Bristolense; ad Occasum et aequi-
conem Mare Hybernicum. Longitudo ejus à Septen-
trione ad meridiem est 120. miliarium Anglicorum;
latitudo ab oriente in occidentem fere 80.

Aërem habet salubrem et subtilem; pecora parva alit,
victualibus abundat, quae vili pretio comparantur; pau-
ca illius commoda sunt butyrum, caseus, lanii casei,
Alces, mel, cera, pannus vitæ, Bombyx, pabes vi-
tulina, &c. unde habetur, quod quamvis admodum
montosa sit, satis tamen fertile solum habeat, quod
ad vitam necessaria incolis sufficienter largiatur. In
montibus copiosa sunt Capra. Adsunt quoque li-
gna, carbones bituminosi, et gleba fossilis, quibus fo-

vetus ignis, item lapideina, necnon aris et plumbi fodi-
na. Variis etiam fluminibus irrigatur, quorum prae-
cipua sunt Sabrina | Saverne | Dea | Dee | Vaga | Wye |
Osea | Ush | Conovius | Conway | Stolonas Toisonius;
Avida | Cluyd | Tuvia | Tivy; p.p.

Walliam olim Latini Cambriam seu Cambro-Britan-
niam dicebant forte à voce Zambre, qua illam Insula
nuncupant. Romani Britanniam secundam eam
vocavere*, quorum aetate illius Insula fuerunt Silures,
Dinata, et Ordovices Britannici populi. ubi Saxones
Angliam invaserunt, plerorumque Britannorum per fugi-
um fuit Wallia, ut in ea ab hinc crudelibus hostibus
tutos se prestarent; ibi speciales habuere Principes, qui
eis summo Dominati sunt imperio, Jona Saulo X. ab Ethel-
stano Anglia Rege sub jugum adducti fuerunt. Saulo
XII* adversus Henricum II. rebellaverunt. et Saulo XIII.
contra Edwardum I. qui tandem eos domuit, constituto eis
Principe filio suo, quem Regina conjux sua Arvonia
| Caernarvan | Caernavienis Comitatus in Wallia septen-
trionalis metropoli, reiens enina fuerat; à quo tempo-
re primo geniti Anglia Regum filii Principes Wallia
nuncupati fuere et adhuc nuncupantur. Sub Hen-
rico IV. Jenuis jugum Anglium exuere tentaverunt, sed
Successu infelici. verò semper inquieti fuere, Jo-
nes in throno Anglia sedentem viderunt Henri-
cum VII. principem Britanniae, nempe Cadwalla-
ri ultimi Regis Britannici sanguine ortum, nec-
non gentilem suum, et qui Dembrochii Wallia
meridionalis urbe natus fuisset. Demum sub
eius filio et Successore Henrico VIII. Edicto Parlamenti
Anglis adjuncti fuerunt atque una eademque cum ipsis
natio, iisdem privilegiis, ac immunitatibus gaudens,
necnon iisdem legibus subiecta fuerunt declarati.

* Romani Britanni-
am in tres partes
diviserunt, scilicet
in primam, qua pars
Angliae meridionalis
erat; secundam, qua
Wallia continebatur,
et Maximam Cas-
sariensem, qua sep-
tentrionalis pars An-
gliae fuit.

Wallia populi animo fortes sunt et strenui, ad iram
prompti quidem, sed ad illam deponendam promptiores,
fideles, sinceri et amicales. Nobiles magnanimi
sunt et hospitales; plebs verò simplex et ignava. Re-
ligionem Anglicis legibus stabilitam sectantur, multi
tamen Romano-Catholici idis immixti sunt. Etiam
ob eo celebrantur, quod Christianam Religionem à S.
Luis acceptam semper conservarint, etiamnum tunc,
cum Anglia ipsa Jenuis se idololatricam addidit, ubi pra-
clarum in vera fide retinenda constantia exemplum
praebuerunt.

Universam Wallia bifariam dividitur, in meridiona-
lem nempe, ac septentrionalem; qualibet sex provin-
cias seu Comitatus complectitur; quas ordine expendi-

mus initium. Invenientes ab eis, qui parte meridionali continen-
tentur.

De Provinciis seu Comitatus
qui in Wallia meridionali continentur.

149. 294.

I
De Glamorganensi Comitatu

Comitatus Glamorganensis, seu Glamorgania et Mor-
ganicia |: Glamorgan-shire: seu Glamorgan:|. Nomen
habere videtur vel ab uno suorum Principum, cui nomen
Morganus fuit, vel à Canobis Morgan dicto, vel demique
à voce Britannica Mor, qua Mare significat, et qua
ipius situs indicatur, ut quæ fretis Bristolienſi pulse-
tur.

Ad Septentrionem Comitatus Brechinienſi
|: Brecknockshire:| jungitur, ad Orientem Remnium |: Rhym-
ney:| fluvius eam à Monimethenſi Comitatu ſeparat, ad
Meridiem eam fretum Bristolienſe ſeu S. Georgii abſcrit,
et ad Occidentem confinis est Comitatus Meridunienſi |: Car-
marthenshire:|

Ab ortu in Occasum ad 40. circiter milli-
aria Anglica, et à Septentrione in Austrum ad 20. pro-
tenditur, ejusque ambitus continet 112. Illius pars
Borealis montibus est aspera, Australis verò ita grata
et fertilis, ut Wallia hortus dicatur.

Variis flu-
viis eam perflunt, ut præter Remnium |: Rhymney:| Bussa,
Lauarus |: Loghor:| Taffus seu Taurus |: Taff seu Tawe:|
Ogmorus |: Ogmore:| Avona |: Avon:| Nidus, Neath: |: p.
Cætares ejus incola pars Silurum fuerit. occurrit

1^o Cardiffa |: Cardiff, Caerdiff, seu Kaer-Dydh:| Urbs
provincia Caput, et emporium, posita ad Taffum ubi is
Sabrina æstuario immingitur, 126. miliaribus Anglicis ad
Occasum à Londino. cum portu commodo, necnon Castro,
in quo Robertus Wilhelmus conquestoris filius post diutinum
carcerem, cui ab Henrico fratre suo natu minimo spe An-
glie imperii exemplis oculisque obatus manipatus fue-
rat, obiit 10. februarii, 1134.

2^o Landava, Landavia, seu Lanum ad Taffum |: Landaff:|
Urbs tamis ad ripam Taffi, 2. miliaribus ab æstuario
Sabrina, 30. ad Occasum à Bristolis, et 123. à Londino,
cum veteri Castro.

De die in diem deficit, at-
que propter Cardiffa viciniam, à qua nominis miliaris
distat, vic non paucorum incolarum pagus effecta est.
Est tamen Sedes Episcopi. Cathedralis Ecclesiam Ger-
manus et Lupus Gallicani Episcopi instituerunt, cum
Galagianam heresim late per Britanniam grassantem
comproſperant, Dubrivinque viciniam sanctissimum
primum præfecerunt Episcopum.

3^o Bovium seu Bomium |: Cowbridge:| Urbs enigma,
mercatoria tamen, posita ad Occasum Cardiffa. Eam
incola à ponte Saxo supra Taffum, ad quem ipsa sedet,

59
strato Bontuan nuncupant. Censetur esse Borium seu
corrupte Bonium Ordovicorum seu Ordovianum, cuius me-
minit Antoninus.

4^o Newtonia |: Newton |: Urbis maritima 2. circiter
miliaribus ad occasum ab ostio Ogmore |: Ogmore |: flu-
vii. Nota est fontem, qui, ubi mare refluit, intumes-
cit, deprimatur vero, ubi illud affluit.

5^o Aberavonium |: Aberavan, Aberavon, Aberaven,
et Aberhoven |: Urbis, vel, ut alii volunt, temere Oppidum,
nuncupatum tamen, ad forum Bristolense, 20. miliaribus
ad Caerum à Cardiffa. Nomen habet ab Avona fluvio,
qui illam ab oriente abluit, atque paulò inferius mari im-
mergitur.

6^o Nidum |: Neath |: Urbscula seu Oppidum ad ripam
ejusdem nominis fluvii, 15. miliaribus à Borio. Illius
sub nomine Nidi Silurum meminit Antoninus.

II.

De Brechinia.

50.

Brechinia |: Britannicè Brechineam, Anglicè Breck-
nockshire |: limites habet ad ortum Herefordiam, ad
austrum Monumethiam et Glamorganiam, ad oc-
cidentem Caermanduaniam, et ad aquilonem Radnoriam.
Longitudo ejus est 28. latitudo 20. ambitus 106. miliarium
Anglicorum. Nomen habere dicitur à Brechano

principe, quem viginti quatuor filias omnes sanctitate cele-
bris genuisse Waldi memorant. In montes et val-
les distinguitur, grana satis abundans, pasuis, silvis, feris,
et armentis foecunda ut et fluvialibus piscibus, quos hinc
Osea |: Usc |: inde Vaga |: Wye |: ministrat. Ambo hi flu-
vii, præter alios pisces, Salmones et toutas proferunt, sed
umbros Vaga foecundior est.

Regnante Guilielmo Rufo Bernardus de Norman-
ta |: Nexmarck |: Normannus magna Anglorum et Nor-
mannorum stipatus manu, primus hanc provinciam
aggressus difficili bello à Cambriis extorsit. Hic uni-
ce notari meretur Urbis

Brechinia |: Brecknock |: Agri seu provincie caput,
cui et nomen tribuit, in ejus fere umbilico posita ad
ostium Hodnei |: Hodney |: et Osea |: Usc |: fluviorum
unde et Aber-Hodney à Britannis nuncupata fuit, 124.
miliaribus ad Caerum à Londino, et 22. ad Africum à Rad-
noriam, et 30. ad occasum ab Herefordia. Comta est et
lanconum textilium commercio celebris, ambitu suo ultra
840. passus non continet. diuidam arbitrantur eam
esse veterum Loventium seu Luendinum. Romanor-
um atate jam fuisse habitatum prædunt Romanorum
Casarum nunci habundè eruti. Bernardus de Nex-
marck, qui, ut supra memoravimus, provinciam devicit, in

ea amplum castrum ponit, quod Brasii et Bohemi instaura-
runt. Henricus VIII. ejetis Dominicanis Monachis, inco-
muni Censuris Collegiatam Ecclesiam quatuordecim Praeben-
darios instituit.

51. ~~51~~

III.

De Comitatu Meridunensi.

Comitatus seu Ager Meridunensis seu Moridunensis, vel
Caermeridunia: Caermeridunshire, Caermeridunshire,
et Carmarthenshire: ambitus 102. miliaria Angli-
ca continet, ac ad fretum Bristoliense usque protendi-
tur. Confinis est ad Aquilonem Cretia: Cardingam-
shire: ad ortum Breckinia et glamorganie, ad aus-
trum Oceano, et ad Occasum Pembrochica. Ejus am-
bitus est 102. miliarium Anglicorum, et usque ad fretum
Bristoliense protenditur. Fertilissimis Wallia,
provinciis accensetur, fungibus et herbis fertilis, gregi-
bus abundans, nec ligni patiens penuriam; Gluvin ip-
sius, quorum praecipui sunt Tirus: Tyxi: qui illam
à Cretia distinguit, et Tobius: Tory: praeter alios
piscas Salmones copiose proferunt. Allumbriatium
carbonum bituminosorum et plumbi fodinae extant.
Veteres idius Indola Dimetarum populorum pars fuerit.
Hic solum recensetur

Meridunum: Caermeridun, Caermeridun, et Car-
marthen: Ubs Ager primaria, posita ad Tobium: Tory:
7. miliaribus Anglicis ad meridiem à Mari, et 178. ad oc-
casum à Londino, loco pratis et silvis amoenus, olimque
Sedes Principum Wallia meridionalis. Antiqua est
ut cujus Ptolomaeus et Antoninus mentionem faci-
ant; ille Meridunum, hic Meridunum eam vocant.

Station à Normannorum in Walliam ingressu in
eorum potestatem venit, multisque diebus conflictata
est difficultatibus, saepius oppugnata, semel atque
iterum succensa, postea vero moenibus et Castro firmata
has miseras exiit, cuiusque laxata facilis
bellorum tempestates deinceps pestulit.

IV.

De Comitatu Pembrochensi.

Pembrochia, Pembrochia, seu Pembrochensis aut
Pembrochensis Comitatus: Pembroch, seu Pembrochshire,
Pembroch, et Pembroch: à meridie et Occasu mari,
et ab Aquilone Cretia, ab ortu vero Meridunensi agro
cingitur. à Septentrione ad austrum ad 25. circiter,
et ab ortu ad Occasum ad 20. ambitusque ejus ad 93.
miliaria Anglica protenditur.

Regis haec inter omnes Wallia provincias velut praecipua
habetur, ut qua illis minus montosa sit. Aëris salubri-
tate temperata ubique solum habet fertile, marinisque
piscibus abundat, et ad orientem amoenissima est. ad
Occasum Tractus est Roia: Raose seu Ros: dictus, à re

52. ~~52~~

fatis hincet nomine, quod viridante proumbat plantie et ei-
ceto. Flandri à Belgio eam incolunt, qui, cum Oceanus rup-
tis aggeribus magnam Belgii partem obrisset, in Angliam
commigrantes, tractum hunc ab Henrico I. obtinuerunt, ut
illum contra inquietos Wallos tenerentur quod, Anglia le-
gibus semper deuotissimi et Anglis ipsis fidiissimi, egregie pra-
stituerunt, cumque Walli omnibus saepe in unum collectis
uicibus hanc uetusta eorum ditioris regionem uenpe-
raturi in eos inuenerint, effusisque populationibus eorum
fines peragrarent, paratissimo tamen animo ipsi fortunas,
nomen, et salutem nunquam non defensauerunt. Glan-
dri isti non modo moribus sed et lingua à Wallis distingun-
tur, atque ita ejusdem linguae societate cum Anglis con-
iuncti sunt, ut haec ipsorum regio à Britannis Anglia
Transwallina nuncupetur.

Ceterum Comitatus
huc ex eo etiam celebris est, quod in eo Henricus VII. Angliae
monarcha natus sit. Veteres illius
Incola pars Diocetorum fuerit. Notatur hic

1º Milfordensis Portus | Milford, Milford-haven: | Ma-
ris Hybernici sinus seu Ostuarium, quod in regionem ipsam
longe provehitur. Est Portus hic adeo celebris, ut tota Anglia,
imo forte uersa Europa nobilior aut tutior hanc inue-
niatur; profundus est ac mundus, nec non amplissimus, ita
variis angulis recessibus, qui tot minores sinus esse uiden-
tur, portuorumque Stationibus, in quibus anchora conso-
lidari possunt, distinguitur, ut in eo ultra mille naues,
etiam extra mutuum conspectum, in anchoris consistere
valeant. Duobus quoque minutissimis Castellis prote-
gitur. Huc à Francia ~~appetit~~ Henricus VII. Ri-
chardum III. throno dejecturus, appulsius est.

2º Pembrochium seu Benbrochium | Pembrock,
seu Benbrock: | Urbis Comitatus primaria, sita ad interio-
rem orientalemque Milfordensis Portus Sinum ~~in latitudine~~
~~totius Wallis~~ in saxosa quadam et oblonga rupis eminen-
tia, ita ut mare quolibet suo fluxu ~~uero~~ illius moe-
nia pulset. Castro protegitur, in quo Henricus VII.
in mundum editus est. Unica constat platea, pau-
cosque numerat incolas. Duae tamen sunt in ea Ca-
rochiales Ecclesiae. Olim Palatina erat, idque no-
men constantiter retinuit usque ad Henricum VII. tunc
enim haec dignitas extincta est, atque Comites Pem-
brochienses Deinceps solum habere titulum.

3º Strannus S. Davidis | St. David: | Urbis in extrema oc-
cidentali Wallis plaga, 15. miliaribus ad Cursum à Pem-
brochio, et 26. ad occasum à Mariduno, collocata supra
promontorium, à Ptolomaeo Octopitarum dictum,
quod in Mare Hybernicum protenditur, in terra saxo-
sa, sterili et infecunda, nec silvis vestita, nec fluminibus
distincta, nec pratis ornata, uentis solum et procellis tem-

0.
61.
.
62.
63.
.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.

per obnoxia. Olim spectabilis fuit Civitas, at multoties à
piratis Danicis exisa, tandem in partem urbem de-
flexit. fuit olim Sedes Archiepiscopalis, at modo solum-
modo Episcopalis est Metropoli Cantuariensi subiecta.

4 Episcopus,

Nomen et ortum Sancto Davidi debet. Vir iste illus-
tri prosapia natus ab infantia studiis inuicuit, postmo-
dum Eulisia manipatus ac Presbyter ordinatus, predi-
candi munus in se suscepit, civitatibusque duodecim Mo-
nasteriis, in illorum praecipuo, cui Menevia | Meneve: |
nomen, et quod circa an. 490. extructum creditur, vitam
egit, deinde Isco Silurum | (Perleon): | Munemethensis
provinciae Urbis factus, postquam per plures annos eidem
Eulisia praesiderat, tandem in dicto Monasterio mortuus
ac sepultus fuit anno 544. In illud Episcopalis Isco
Silurum Sedes etiam translata fuit; haec tamen com-
pertum est, an adhuc ipso vivente, an vero proxima
post ipsius obitum haec translatio facta fuerit: re-
ferunt aliqui, illam factam fuisse ab Arturo Bri-
tonum Rege, qui ab an. 516. usque ad an. 542. Sep-
timum tenuisse dicitur, quò à Saxonum furoribus tu-
tam postaret; tunc Archiepiscopalis facta in suos
habuit Archiepiscopos, cui tanquam Suffraganei Sep-
tem subiecti fuere Episcopi, quinque in Wallia et
duo in Meria; sed cum pestis haec in regione atroci-
ter grassaretur, pallis Archiepiscopali Solam mino-
ris Britanniae in Francia Urbem translato desit hae-
dignitas: Sub Henrico I. tamen litem contra Archi-
episcopum Cantuariensem Anglia et Wallia Metro-
politam hae de re interduerunt Walenses, at causa
cecidit, Bernardusque XLVII. S. Davidis Episcopus
abdicato Metropolitanam titulo Archiepiscopum Can-
tuariensem velut Superiorem suum agnoscere coac-
tus fuit.

53. 090

V. De Cretica.

Comitatus Creticensis, seu Cretica | (Car- seu Caerlin-
ganshire): | contemnat ad Aquilonem Mervina | Merio-
net: | ad ortum Radnor | Radnor: | et Mongomeria
| Mongomerij: | ad Austrum Maridunensi | (Caer-mar-
then): | et Hembrochiensi Comitatus; denique ad Occi-
dum Mari Hybernico seu frato S. Georgii. Longitudo
ejus ab Aquilone ad Austrum est 32. Latitudo ab ortu ad
Occidum 15. et ambitus 94. miliarium Anglicorum.

In plaga occidua et australi campestris est, at in
orientali et septentrionali montosa, sed tamen pabulo
foecunda. Ceterum frumenti, pecorum, piscium, et fe-
rarum satis dives est. Avo recentiori celebrem fecere
argenti, plumbi, et aëris fodina. Inter illius fluvios
praecipuus est Tivius | Tivy: | quem Ptolomaeus Tvero-
biem vocat. Olim tertia Dimetorum populorum
regio fuit. tunc unice mectur notari

Cretica [Car. seu Caerdigan:] Unica hujus provincie Urbs, cui et nomen tribuit; Sita est in ultimis ejus finibus ad Comitatum Pembroschiensem; Amoenus locus ad Tivium, ubi mari immiscetur, posita est: Unde et Britanni Aber-Tivy, quod Tivii ostium significat, eam vocaverunt, 146. miliaribus Anglicis ad Ciriium à Londino.

Spaciosa est atque muro cincta, castroque protegitur, quod tamen vetustate defecit. Unicam habet Euleciam sed venustam.

page 54.

VI.

De Radnor.

Radnor [Radnorshire:] limites habet ad Septentrionem Comitatum Montgomeryensem, ad ortum Herefordiensem, ad Austrum Brechinensem, et occidentem Creticiensem. Eius ambitus est 90. miliarium Anglicorum. Triangulum refert, cujus latera ferme sunt aequalia, apex vero ad Occasum vergit, et quanto magis in illum protenditur, magis magisque contrahitur.

Aerem rigidum et frigidum in ea, prout in aliis Wallia regionibus, efficit nix, quae ferè semper, et praesertim in hinc montes illius contegit. Pars australis et Orientalis cultior est; reliqua montibus asperior vix ubi culta mitescit, silvis tamen satis venusta est, necnon profluentibus iniqua, quorum praecipuus est Waga [Wye] stagnis etiam alicubi aspergitur.

In hujus regionis vasta solitudine itinerum asperitatibus et montium honore pene formidolosa Vortigernus ultimus à Britannico sanguine Britannia Monarcha, Saxones, quos ipse in Angliam vocaverat, fugiens fulmine tactus interit. Eandem postmodum sortem ibidem habuit ultimus à Britannico genere Wallia Princeps Leoninus [Cleaveland] an. 1282. ex iniuria, a quodam Sicario, cui nomen Adamus Swarton, interfecit. Olim Silures etiam hanc provinciam incoluerunt. Notatur hic

1º Radnor [Radnor:] Urbs Caput Comitatus posita in valle juvenunda inter duos montes ad borealem Senegilli fluvii ripam 120. miliaribus ad Ciriium à Londino. Moenibus et castro supra dictorum montium unum collocato quondam tuta fuit sed postquam famosis rebelis Owenus Glendowen* eam sine audisset, sensim extenuata elanguit eodem fato, quo mater ejus. Vetus Radnor [Old Radnor] quam regnante Joanne Rhemus Griffini filius igni dedit. Creditur fuisse Magos veterum ab Antonino Magnos dicta.

* Owenus Glendowen Nobilis Wallus. Eum Walli iugiter Sauli V. antiquae libertatis cupiditate jugum Anglium excussit.

si, in Principem
et Ducem suum, ut
pote virum animo-
sum et audacem,
elegerunt, ut pro
eis et cum eis ad-
versus Henricum
IV. Angliae Re-
gem pugnaret.
Is relatus adver-
sus Anglos ali-
quot victorias, va-
riisque devastata-
tis provinciis, ac
urbibus tandem
a gentilibus
suis belli pestibus
desolatus in
montana se re-
cepit, ibique an.
1410. pro tadio
et morore con-
tabuit.

Non procul ab hac Urbe, in ea, quam supra memora-
vimus, solitudine Vostigerus ultimus ante Saxonum
in Britanniam adventum Britannia Rex, et Leonius
ultimus Wallia Princeps ex genere Bri-
tannico Princeps interierunt, prior fulmine tactus,
hic vero a Sicario interfectus.

2^o. Franium S. Andreae |: Bretaine, Britannice
Lhan Andre, quod idem est ac Franium S. Andreae: |
Urbs ampla et venusta, quae ex minimis viculis
opera Martini Episcopi Menevensis in forum
ades celebratum, et in eam elegantiam exierit,
ut Radnoriam obscuraret.

De Provinciis seu Comitatibus
qui in Wallia Septentrionali con-
tinentur.

VII.

De Comitatu Montgomeryensi.

Comitatus Montgomeryensis |: Montgomeryshire: | ad
Occidentem et Aquilonem Merinia; ad Orientem Salopia;
ad austrum Radnoriam, circumscriptus. Longitudo ejus
est 30. latitudo 22. miliarium Anglicorum. Licet
montibus plurimum emineat, convalibus tamen grata
fecunditate, cum parvis, tum arvis satis felix est,
praesertim iuxta Sabrinam fluvium, qui hic oritur.
Ordovicii olim hanc provinciam tenuere. Occurrit

1^o Montgomery seu Mons Gomerius |: Montgomery: |
Urbs Caput Agyi, a qua et ipsa nomen habet, posita pro-
pe Sabrinam in Salopie confinibus 105. miliaribus ad cir-
cum a Londino; in surgente Saxo cui amoenae planities
subjacet, a Balduino limitis Walliae Praefecto regnante
Guilielmo I. constructa, unde a Britannis Trefaldwin,
id est, Balduini Oppidum vocata fuit: Sed postmodum
a Rogerio Montgomeryensi Nobili Normanno et Salopia Co-
mite, cui cepit in patrimonium, Montgomery, id est,
Mons Gomerius dicta fuit.

Anno salutis 1098. Walli eam subvertunt interfecit pro-
sidiarios, jacuitque annos plus minus ducentos; at tandem
ab Henrico III. qui an. 1272. e vivis exiit, e cineribus demum
excitata fuit.

Titulo Comitatus a Jacobo I. donata
est, primisque illius Comes fuit Philippus Herbertus
Henrici Pembrochia Comitis secundus genitus.

2^o Maglona |: Machleneth: | Oppidum in extremo
provincia ad oceanum ubi ipsa in cornu desinit, positum.
videtur esse Maglona seu Maglora Ordovicorum, ibi
Romani tempore Honorii Imperatoris praesidium habue-
re.

VIII.

De Merinia.

Merinia seu, prout recentiores Scriptores notant, Me-
rionethensis Comitatus |: Merionethshire: | limites habet
ad Septentrionem Arnoviam et Denbighiam, ad Orientem

Montgomeryensem, ad Austrum Radnoriensem et Ceredi-
censem Comitatus, et ad Occasum Mare Hybernicum. Am-
bitus hoc continere dicitur 108. miliaria Anglica. Olim
Ordaviorum populorum fuit.

Regis haec inter montium conglomerationes porta om-
nium totius Walliae provinciarum hispida magis et hor-
ribilis est: habet enim montes altissimos, acetos tanquam
et in modum aris, acutissimos, nec raris quidem, sed arbori-
mos, et tanta aequalitate consetos, ut in summis eorum
verticibus pastores confabulantes, vel conuivantes, si con-
uovere forte statuerent, à mane ad vesperum vix conue-
nire possent. Numerosi orium greges in his montibus
erant, nec ubum à lupis periculum, qui tunc per unum
versam Angliam delati erant, postquam Edgarus Visi-
Saxo Ludualdo hanc regionem Principe trisanos lupos
in singulis annos vestigalis nomine imperasset. In-
cola ut pecunaria omnino sunt attenti, et non nisi fer-
lacticius veniuntur butyros videlicet, caseos, &c. Statuam,
colore nitido, habitus, et caeteris lineamentis corporis vix
altari ideo Britannia genti cedunt, sed ob praeproperam
Veneream pet otia, male apud vicinos audiunt.

In orientali hujus Comitatus parte Deira: Dec: flumen
erantur, et statim Penlunum: Britannis Christegiu,
et Anglis Bimblemeare, seu Penlunmeare: longe la-
taeque diffusum lacum transmeat. Oppida huc sunt
rara rariosque Urbes. à nobis notatae

1. Harlecum: Harlech: Urbis elegans et concinne ad-
finita super rupem; Meruina primaria, ad maris thy-
bernici. Altus portus 108. miliaribus Anglicis ad Curium
à Londino. abruptissima rupe castorum in mare pra-
tendit, quod ab Edwardo I. constructum fuit. Ubi ipsa à
Situ suo nomen accepit, Harlech enim Super Saxum
Britannis denotat.

Cum domestico bello Anglia conuelleretur, cum Lan-
castrienses contra Edwardum IV. pertinaciter defenderunt,
donec Guilicelmus Herbertus Pembrochiae Comes, per me-
diae Walliae Alpes itinere difficilissimo perungens eam
deditione decipit.

2. Bala Oppidum immunitatibus dotatum superilis
Penlun lacus insidens 6. miliaribus ad orientem ab Har-
lecho, et totidem ad Meridiem à Denbigha; variis inest
aediis que inultis, nihilominus praecipuum Montano-
rum forum.

IX.

De Comitatu Arvonienſi.

57.

Comitatus Arvonienſis, seu Arvonis, item Arfonia.
1. Caernarvanſhire: ad Septentrionem Menajo: Menay:
flumine: sic potius in angustias coartato facto, à Nova
1. Anglesoy: Inula dicitur; ad Occidentem mari Hyber-
nico pulsatur; ad Meridiem partim Mari, partim Mar-

vinia clauditur; et ad Orientem Lemis Meruiniam, et Benbi-
gensis Comitatum, à quo flumine Conovio | (Conway) | Sepa-
ratur, attingit. Eius ambitus est 110. Milliarium
Anglicorum.

Becoribus, feris, piscibus, et silvis copiose instructa est
haec regio. Flagrans ejus australis montes, longela-
tisque occupant, qui Britannis bello ingruente tutissi-
mum fuisse receptaculum; tot enim asprata rupesque,
tot convales saltuosae stagnisque impedita, eis introyssi-
untur, ut non modo exercitus, sed et nequidem expediti
cades inveniant; unde Alpes Britannica nuncupari me-
rentur; enimvero potiusquam, quod totius Britannia
maximi sint, etiam in his undique rupibus, non secus ac
Alpes, sunt praecipites, omnesque unum ambiunt mon-
tem, qui in eorum medio vaste supereminens ita caput
affert, ut eorum attingere videatur; cuiusque toto
annifatis nive albescant, Nivifari montes Britan-
nis Craig Erivy, Anglis Snowdon appellantur: ni-
hilominus adeo sunt pabulosi, ut omnium Walliae Ar-
mentis sufficere posse videantur. Flaga vero
Occidentalis campestris est et satis aequalis, magnamque
hordei copiam profert. Olim Regionem hanc sti-
am temere Ordovices populi. Notatur hic

1.º Arvoniam seu Arvoniam | (Caernarvan) | Urbs provin-
cia primaria, cui et nomen tribuit, posita ad mena-
jum, per quem à Mona | (Anglesey) | Insula distinguitur.
Angusto admodum et orbiculari moenium ambitu con-
tinetur sed satis firmorum; privatiis aedificiis pulchra
est, et civium, qui rei mercatoriae student, huma-
nitate praeudicanda. Castro protegitur, in quo natus
est Eduardus II. Eduardi I. filius primus ex Anglico
Sanguine Walliae Princeps, quod supra n. 393. memoravi-
mus. Urbem hanc una cum Castro Eduardi I.
construit ex reliquiis et rudibus Segontiae veteris
urbis, cujus Antoninus meminit, et quae paulo infe-
rius ad fluvium quemdam, qui Marii Hybernicis im-
mergitur, necnon hodieum adhuc patria lingua
Sejont dicitur, à quo et ipsa nomen habuit, sita fuit.

2.º Bangorium | Bangor, seu Banchor | Urbs te-
nuis, Sedes tamen Episcopi Metropolitana Cantuarien-
sis Suffraganei; posita ad fretum Menaji, è regio-
ne Monae Insulae, 3. Milliaribus ad Austrum à
Bebe Marisco | Beaumarisk | 6. ad Euronotum à
Arvoniam | (Caernarvan) | et 130. ad Ciriium à Lon-
dine. Celebrem olim fuerat Monasterium, quod
ei nomen dedit, et in quo 200. circiter Monachi
fuere, quodque Normannorum irruptione interisse

ditur. Idem una et Episcopatum fundavit S. Daniel, cu-
jus etiam nomini Templum Cathedrale, ~~quod~~ non ita
speciosum ~~est~~, dicatum est. **Incitio** Saeculi XV. ab

Oxeno Glendowere, quem jam supra n. 399. memo-
ravimus, incendio deformatum, postea Henrici Denai
sui Episcopi opera regnante Henrico VII. restauratum
via pristinam dignitatem recuperavit.

Urbis hae latis ampla est ab Hugone (Cestria Comite
castello firmata, et ad ipsas freti fauces sita, quas Edu-
ardus I. ut in Moriam | Anglesy | exercitum transmittere-
ret, ponte stixit sed frustra continere conatus est. Quo
etiam loco Baucinus Suetonius Romanos milites ante
in eandem Insulam transmisit, equites vado, et pedites
pandis naviculis; quod refert Tacitus.

X.

De Comitatu Denbigensi.

1000. 58.

Denbigensis Comitatus | Denbigshire | limites habet
ad Septentrionem Mare Hybricum; et Comitatum Glen-
tensem; ad Orientem Deva | Dee | fluvius illum à Comi-
tatu Cestriensi sejungit; ad Meridem confinis est Comita-
tibus Montgomeryensi et Merionethensi; et ad Occiden-
tem Aronia. Eius longitudo est circiter 30. Latitu-
do 18. miliarium Anglicorum.

Regio haec montibus oppleta est parumque frequenta-
ta: Saluber in ea spirat aë. Sed frigida. In extre-
mis finibus sterilis admodum est praesertim in plaga occi-
dentali, quae glabris et macilentis montibus plussquam
protuberat, quorum tamen maciem cultorum dili-
gentia et solertia vincit; terra enim corium latiore
vomere in cespites abradentes, eos artificiosè congestos
injecto igne in cineres redigunt, quibus in illos exoria-
tos agros insperis eorum jejunam sterilitatem ita
corrumpunt, ut avenam supra quam credi possit, pro-
fundant.

Plaga Orientalis statim à valle na-
turam sibi iniquiorem, ad Devam verò multò aquis-
rem sentit. Pars media à Cluida | Clwyd | fluvio
irrigatur, valemque, submotis utrinque montibus,
continet; Dyffryn Clwyd, id est, Valis Cluida man-
patur, atque à salubritate, fertilitate et amoenitate
verè felix est, necnon à multis nobilibus habitata, quo-
rum aliqui sunt opulentissimi.

Provinciam hanc olim etiam invaderunt Ordovices po-
puli. Sub Henrico VIII. in Comitatum avecta fuit.
Saecula ejus robusti sunt, ac sineri, diuque suos in Scam
usque senectam protrahunt. Notatur hic à
nobis

* Cluidam contendent
aliam fuisse ejus-
dem nominis ab-
batiam in Comi-
tatu Flintensi
positam unaam
ejusdem nominis
urbem, quae
veterem Bonium
esse dicitur.

o.
61.
Br.
is
11.
c.1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

1^o Denbigha |: Denbigh seu Denbicht:| primaria Comita-
tus urbs, et mercatoria, in qua Coriarii et Chiroleccarii pa-
cipue negotiantur. 15. miliaribus Anglicis ad occasum
à Castris pendenti rupi affixa est, cujus pedem adit
Cluida, murisque cincta, et Castris munita, quod sub Edu-
ardo I. Henricus Laceyus Comes Lincolnensis construere
coepit, nec perfecit; cum enim in illius puteo filius ipsius
unius forte demersus fuisset, mortuissimus pater nondum
imposito fastigio ab opere destitit.

2^o Ruthunia |: Ruthin:| Urbs incolis et aedificiis fre-
quens, necnon celebre emporium ad orientalem Chi-
dra ripam posita 8. miliaribus Anglicis ad Ewono-
tum à Denbigha, celeberrima, et Castris munita,
quod Rogerius Grejus, cui, de navatam in Waldos operam
Edwardus I. totam fere vallem largitus fuit, extruxit;
at jam pridem testis nudatum fatiscit.

3^o Writeshamum |: Wrexham:| Saxonibus Writles-
ham:| 11. miliaribus Anglicis ad Ewono-
tum à Ruthunia. Urbs Campanili elegantissimo conspicua
musisque in Ecclesia organis celebrata.

XI.

De Comitatu Flintensi.

Comitatus Flintensis |: Flintshire:| exigua provincia,
ad Septentrionem mari Hybernico pulsatur, ad Orien-
tem vero Deva aestuario, ubi et Castrisensi Comitatu
contemnat; ad Meridiem et Occidentem Denbighensi
finitur.

Ejus ambitus est 80. miliarium Angli-
corum. Frequentes sunt in ea montes seu potius
colles prominentes, at etiam vales habet fertilissi-
mas. Pecora copiosa nutrit sed parva: butyro,
Caseo, melle, gleba, plumbo, et lapidibus molaribus
abundat. Incola quoque diu vitam protrahunt.

In hac provincia celebratur fons, qui S. Winfridae
dicitur, quod grave dinem expellat, et generationem
promoveat. Iuxta hunc fontem venusta extat Ca-
pella lapidibus quadris constructa sub huius Sanctae no-
mine: ad eam Walidia Catholici in devotione erga can-
dem Sanctam tumantur conflunt, quippe cujus inter-
cessionem multiplices convalescentias, quas fons iste ope-
ratur, adscribunt, et quos velut tot miracula suspiciunt.
Ordovicium olim regis fuit. occurrit

1^o Flintum |: Flint:| Urbs tenuis provincia tamen Ca-
put, cui nomen fecit, sita ad ostium Devae 9. millia-
ribus ad Circium à Castris, et 150. itidem ad Circium
à Londino. Henricus II. eam construere coepit, fi-
nivit Edwardus I. Vetus in ea Castrum extat, ex
cujus ruinis apparet olim praestantissimum fuisse.

Princeps Wallie Regis Anglia primogenitus, iure natalium
Comitis Glintensis titulo gaudet. Anno Salutis. 1399.
vel 1400. hic Richardus II. Anglia Rex ab Henrico Lancas-
triae Duce consanguineo suo captus fuit, qui et sub no-
mine Henrici IV. Regnum occupavit.

20. Araphopolis, seu Hanum S. Araphi | S. Araph: |
Civitas Episcopalis, non procul ab eo loco, ubi Elwa | Elwy: |
et Cluida | Cluid: | conflunt, 3. miliaribus Anglicis à
Mare Hybernico, 16. ad oceanum à Cestria, et 159. ad Can-
rum à Londino. Mediocriter magna est, nec tamen
elegans.

Cum circa medium saeculi VI. videlicet an. 560. S. Ken-
tingernus Episcopus Glasnevensis in Scotia manus impiis-
simas, qui illum à medio tollere meditabantur, fu-
gens in Walliam ad S. Davidem se contulisset, at-
que apud ipsum aliquandiu demoratus esset, tum ad
fluvium Elwan | Elwy: | in quadam valle conserdit,
ibique Coenobium construxit congregatis senectis sex-
aginta tribus Monachis, quorum trecenti illiterati
agricultura totidem alii operibus intra Monaste-
rium exercendis, reliqui divinis rebus peragendis vaca-
rent, quos ita per Coenventus distribuit, ut jugiter ali-
qui in Templo Deo inservirent: unde locus iste colo-
nis frequens esse coepit, tandemque urbs factus est.
Tum S. Kentingernus in Scotiam denuo accitus po-
tiores Coenobii sui Monachorum partem suam ab-
duxit, reliquis, qui remanserant, S. Arapho Discipu-
lo suo profecto; cuius nomen deinde urbs ipsa Mo-
nasterium ambiens asumpsit, cum prius fluvii no-
mine Elwa dicta fuisset; unde et Walli eam ad-
huc Llan-Elwy seu Laud-Elwy nuncupant. Co-
enobium ipsum postea Sedes Episcopalis factum est,
illiusque Abbates Episcopi fuerunt Archiepiscopi Can-
tuariensis Suffraganei. Abbatia seu Monaste-
rium non amplius extat, Episcopatus vero adhuc
subsistit.

XII.

De Mona Insula.

60.

Mona seu Monas, item Anglorum Insula, olim
etiam Insula Douidum | Anglescy: | ad Cantuum Wal-
lia, 80. miliaribus Anglicis ad Ortum à Dublino in
Hybernia. Mare Hybernico iungitur, et Menajo
| Menay: | fretis ab Aronia separatur. Ambitu suo
80000. passus continet. Incolis, qui ad hanc usque diem
veteram Britannorum linguam loquuntur, Mona seu

Timon, id est Terra Mona, Saxonibus vero Ynis Doreyl, id est, ~~Geopelia~~ Insula opaca, dicitur. at ubi Angli sub Eduardo I. eam potiti fuerunt, Anglesey, quasi Anglorum Insula ab ipsis vocata fuit.

Nobilissima est, ac antiqua Dominium Sedes sub Nerone à Publio Suetonio, et Julio Agricola in Romanorum potestatem redacta. Horum deinde in Britannia jam devergente imperio Scoti ex Hybernia in eam inveperunt: tum ab Anglis, et Norwegis graviter diversata fuit, anno enim Salutis 1000. Aethelredus Anglia Rex classe totam Insulam circumvectus illam hostilem in modum devastavit; postea Hugones duo Normanni alter Castria, alter Salopia Comes eam gravissime afflixerunt, in eaque Castro Aber-liv dictum ad coercendos Insulas extruxerunt, verum Magnus Norwegia Rex eo tempore ad eam appulsi Hugonem Castrensem lagitta transiit, Salopiensem fugavit, ac Insulam depravatus discepit. Deinceps Angli etiam locupis illam adorti sunt, tandemque Eduardus I. in suam redegit potestatem.

Prinquam Wali ab Anglis sub jugum adducti fuisse, Guindria sen Aberfraxia | Aberfrax: | Urbis, qua modo nonnisi pagus est, Caput est Insula, nam Regia Walia Septentrionalis Principum; atque ante illos Speciales et proprios Reges habuit, qui sub nomine Regum Venedotia noti fuerunt.

Insula haec quamvis arida, saxosa, aspectu in amoena, et deformis aliquando visa sit, postmodum tamen amoena et culta facta est, tritumque proventu adeo focunda, et Mater Walia velut appellatur. Retiam peruvia satis est opulenta, lapidesque molaris habet, et alibi terram aluminosam, à qua alumen et Chalcantum conficitur. Occurrit

10. Bello-Marisus | Beaumarish, et Beaumarais: | Urbis nunc Insula Caput, qua Dignitas ab Aberfraxia | Aberfrax: | ad ipsam translata fuit. Posita est in orientali Insula plaga ad Menajum è regione Arromia tribus circa milliaribus ad Aquilonem à Bangoria, 184. ad Circium à Londino, in loco uliginoso, unde et nomen trahit, nam Beaumarish sen Beaumarais vocabulum est è bello, et uligine sen palude compositum. Ab Eduardo I. condita elegantem habet portum à Castro protectum.

20. Novus Burgus | Newburg: | Urbis munita ad littus Australe Insula Sita unum portu, qui ingestis arenis perpetuo conficitur, unde paucis naves ad eum appelluntur.

30. Aberfraxia | Aberfrax: | olim Urbis ad ripam

colorata fluvii, qui versus orientem ibam irrigat. Veteribus
 sub Gudivia nomine nota fuit, atque Caput Insulae,
 nempe Regia Venedotia Regum, postea Septentrionalis
 Wallia Principum, qui et Gudivia Reges seu Principes
 nuncupabantur. Gulchris decorata erat aedificiis, quae
 in lapidum aevos commutata fuerunt. Hodie dum non
 nisi exiguus est pagus, ejusque loco Bello-Marisus Urbis
 Insula primaria est, prout jam annotavimus.

§. IX.

De Mannia Insula.

Mannia |; Man: | Spectabilis Insula posita in Ma-
 ri Hybernico Angliam inter et Scotiam ac Hyberni-
 am 35. miliaribus Anglicis a Cumbria.
 Veteribus nota fuit sub nomine Monæ. Caesar lib. 5. c. 13.
 sic eam vocat. Gildas* antiquus Scriptor Britannus eam
 nominat Euboniam. Stolomas lib. 2. c. 2. Mañáoi-
sa dicitur, Plinius lib. 4. c. 16. Monapia, legi debet Mo-
nabia, Orosius autem Menavia ~~lib. 7. c. 12.~~ et
 in aliquibus exemplaribus Meravia, Beda etiam
Menavia seu Menabia. Wallis Menaw. Incolis
Maning, et Anglis The Isle off Man, id est, Insula
Mannia; unde modo communiter Mannia dicitur.

* Gildas cognomento
 Sapiens, Monachus
 Bangoriensis in Wal-
 lia, celebris S. Scrip-
 turae Interpres.
 natus posthibetur
 an. 520. Denatus
 dicitur an. 570.
 Scripsit inter alia
 Epistolam de exci-
 dio Britannia; et
 Ordinis Ecclesiasti-
 ci Castigationem.
 Dubitant tamen
 aliqui an illius
 sit.

Ad Orientem Cumbriam et Lancastriam respicit;
 ad Septentrionem partem Scotia Meridionalis;
 ad Occidentem Lageniam Hybernia provinciam;
 et ad Meridiem Monam |; Anglesey: | Eius longi-
 tudo est circiter 30. miliarium, maxima latitudo
 15. et minima 8. Aërem habet frigidum;
 linum et Cannabum abundè profert; pasua et arva
 habet satis lata; hordei, tritici, sed præcipuè ave-
 na ferax est, unde avenaceo pane maxime vescun-
 tur Incola: pecorum ubique multitudo, et nume-
 rosi ovium greges, sed ium oves tum pecora mino-
 ra sunt quam in Anglia. Cum autem sibi sit
 indiga, bituminoso coepite ad ignem utuntur Insu-
 lani isti, quem dum effodiunt, saepenumero in
 suffragas arbores inveniunt; adsunt etiam fera et pis-
 ces in abundantia, mensaque augusta fit aleum cap-
 tura. Insula centum occupant editi mon-
 tes, inter quos eminet ille, quem Seafell nuncu-
 pant, è quo sub coelo Scotia, Anglia, et Hyber-
 nia prospici possunt. In binas partes divi-
 ditur Austroalem scilicet et Borealem.
 Incolae proprio utuntur idiomate, eorum, qui par-

tem australem incolunt, sermo ad Hybernicum aequit; illo-
rum vero, qui partem borealem habitant, ad Scotium.
Propriis reguntur legibus. Foeminarum etiam huc spe-
cialis est consuetudo, enimvero nunquam domo egre-
diuntur nisi lintes illo involuta, quod post mortem
ipsis Sudarii loco futurum est; id ideo fieri credideri-
mus, ut semper mortis memores se à prois tutas praestent,
nec se ab iis seduci permittant; quidni etiam pro majori
parentum et maritorum solatio et consolatione laudabi-
lis mos iste per totam Europam nostram inducatur?
Controversias omnes Iudices, quos à suis eliquit, ac Quem-
ters vocant, sine scriptis et impensis dirimunt. Omnes à
furandi et ostiatim mendicandi consuetudine sunt alie-
nissimi. Censentur esse posterii veterum illo-
rum Christianorum, qui tempore persecutionis Diocletiana in Scotiam
se receperunt, quibus deinde Cratilius baso parad baso baso
Aea hanc Insulam tradidit inhabitandam, qua sequum
facta suos habuit Reges, quorum dominium in alias quo-
que vicinas Insulas protensus fuit, postmodum ad Scotos
redit, quibus Guilielmus de Monteauto Sarisburiensis
Comes eam eripuit, atque sub titulo Regis Mannia posse-
dit. Idem filius eius Guilielmus Scrope an. 1393. gran-
di pecuniâ vendidit, quo ob casam Majestatem capite
militatis et bonis publicatis finisque additis in Henrico
IV. Angliae Regis jus devenerit, qui eam Henrico Berio
Northumbriae Comiti assignavit; verum illo in Regem
perfidis et civili bello interfecto, Joanni Stanlejo con-
tulit, quam ejus posterii Comitatus Serbia titulo in-
signiti etiamnum tenent, et Mannia Reguli appel-
lantur.

Septendecim in ea numerantur parochia et aliquot
Oppida, inter qua praecipuum censetur Insula ad Austra-
le Insula littus litum, quod à Castro Castletown dic-
to protegitur, in quo et praesidium habetur. Olim in
hoc oppido extitit Monasterium ab Harvo an. 1134.
fundatum.

Sed frequentissimum oppidum est Douglas ad orien-
tale littus, quod portum habeat optimum aditumque
facillimum, ad quem Galli et alii exteri cum Sale
suo marino commeant, coria, lanam videm, et car-
nem bubulam salitam ab Insulanis emercantes.

In caeteris autem Insula latera sunt Castrum Beel
San Byle dictum, et Balacuri oppidum Sedes Epis-
copi Saulo IX. à Gregorio Papa IV. erecta, cujus juris-
dictione olim in minores vicinas Insulas porrigebatur,
at modo intra ipsam Insulam coarctata est. Ar-
chiepiscopo Elboracensi subijcitur, atque non à Rege,

Sed à Lebia Comite tanquam Insula Regula nominatio-
nem accepit, et à dicto Archiepiscopo ordinatur.

Verum, si euidam traditioni fides, non primum Saeculo IX.
has Insula Episcopos habere coepit, sed Amphibalus, qui
circa annum Salutis 360. floruit, primus illius Episcopus
fuisse dicitur; at alii volunt ~~quod~~ Germanum ~~quod~~
hu primum Antistitem à S. Patricio circa an. 447. fuisse
consecratum.

o.
61.
.
Bra-
eis
.
.
c. i.
.
2.
40.
.
6.
.
10.
.
.
.
.
.
.
2.
.
.
.
57.
10.
.
.
11.
2.
.
11.
10.

st; id
am.
se fe-
epi-
tam
ideri-
antur
major
antibi
centur.
Luna
mici à
nt ali-
n. Chisti
etiam
doctores
gum
is que-
8 Pictis
riens
a ppa
3. gran
nte
onri
aris
om
con-
el-
.
ta-
le-
in
.
rien-
que
le
car.
i. Bel
Epi-
ius
atus,
Ar-
Rege,